della fondazione del sacro stabilimento, manifestando altresì i nomi e le qualità di coloro co' di cui mezzi e soccorsi larghi e copiosi potè l'opera essere incominciata e condotta a termine; ma senza ulteriori preamboli passerò a sottoporlo agli occhi del leggitore, trascrivendolo dal suo autografo che trovasi riposto nell'archivio dell'attuale monistero di s. Michele Arcangelo nel quale furono trasferite le monache di s. Spirito, come si dirà a suo luogo — « IN NOMINE dominj dej eternj et Saluatoris nostri Jhesu xpisti. Anno ab Incarnatione eius Millesimo. ducentesimo. Octuagesimo quarto. Et Octauo Anno Regni Jerusalem. Et Vicesimo Anno Regni Sicilje domini nostri Karoli Gloriosissimi Regis predictorum Regnorum. ducatus Apulje. et principatus capue. alme Vrbs senatoris. principatus Achaye. Andagauensis prouincie forebalquerij et tomoderij Illustrissimi Comititis. Et tertiodecimo anno principatus Illustrissimi domini nostri Karolj primogeniti suprascripti domini nostri Regis. Magnifici principis salerni et honoris montis sancti Angeli dominj. Mense Julio duodecime Indictionis. Ante me Jacobum de prothoiudice Judicem. presentibus notario francisco dardano. Thomasio Bunamillo et Marco de sancta Maria testibus subscribendis. et ad hoc specialiter Rogatis. Venit notarius philippus qui dicitur dardanus procurator yconomus. Actorum. seu syndicus Monasterij dominarum Sancti Spiritus de Salerno quod constructum est foris hac salernitana Ciuitate In loco ubi aloponte dicitur. In quo domina Francisca dei gratia Venerabilis ac religiosa abbatissa preest et pro parte et nomine eiusdem Monasterij ostendit nobis quandam puplicam cartam auctoritale iudiciaria et testium subscriptionibus Roborata. omnj vicio et suspicione carentem. In qua Inter ce-

*te le insinuazioni del pontefice: ma la santità e placidezza dei costumi di Clemente IV, ed i consigli da lui dati a Carlo che governasse con dolcezza e clemenza, e deponesse lo spirito di severità e durezza rendono affatto incredibili siffatte imputazioni. V. il Rainaldo negli Ann. eccles.*

tera continentur capitula Infrascripta. In nomine dominj dei eternj et saluatoris nostri Jhesu xpisti Anno ab Incarnatione eius Millesimo ducentesimo tricesimo sexto. et sextodecimo Anno Imperij domini nostri frederici Gloriosissimi Romano- rum Imperatoris semper augusti Jerusalem et Sicilie regis. Et vicesimo quarto Anno regnj dominj nostri Henrici Regis Sicilie et ytalie eius Excellentissimj filij mense Augusti nona Indictione. Ante me Matheum Judicem. presentibus abbate Thomasio qui dicitur de dompna penta Germano meo et abbate Johannē filio meo clericis huius salernitani archiepiscopij et Matheo pinto puplico salernj notario testibus subscribendis. et ad hoc specialiter Rogatis. Alexius Serenius qui dicitur ternius filius quondam petri. Coniunctus est cum Johanne qui dicitur Bossedanus filius quondam Nicolay ipse tamen Johannes Bossedanus pro parte Nobilium Mulierum domine Comitisse quondam Vxoris Nobilis Virj dominj Johannis Saracenj. domine Arumpie filie Nobilis Viri dominj Landulfi dominj Castellj quod Cripta dicitur. Et pro parte eciam quarundem aliarum dominarum Religionem Monasterij venerabilis ordinis sancti damiani Ingredi uolencium. Et quoniam Monasterium predicti ordinis A nouo fundamine partim constructum est et partim remanet construendum foris hac salernitana Ciuitate illa parte aque que busanula dicitur. In loco uidelicet ubi aluponte dicitur. Intra terram uacuum In qua ecclesia sancti spiritus constructa est. Et ipsa terra predicto Monasterio ut dictum est partim constructo dicitur pertinere. In cuius Monasterij constructione predicte domina Comitissa et domina Aurumpia manum largitatis et caritatis aperientes elemosinas ylariter ob reuerenciam dicti ordinis erogarunt. quibus mediantibus et earum elemosinis ut dictum est erogatis tam id quod in ipso Monasterio factum est quam eciam id quod decetero in ipso Monasterio construi poterit referentibus plurimum ad complementum et perfectionem dicti Monasterij asseritur conuenire. Et cum Inter cetera ad usum dicti Monasterij profutura aqua plus alijs necessaria uideretur.

quoniam le  
mucosa  
construere  
et profuere  
pente.

costituit non elygon e conti

dicto centum

que ualde utilis eidem Monasterio possit ab omnibus prouideri. que non sine magno labore et expensis plurimis eidem Monasterio haberi poterat. cum locus in quo aqua quedam oritur ab ipso Monasterio sit remota. Et per loca decliuia ad ipsum Monasterium aqua ipsa per aqueductum artificiose debeat deriuari. que aqua ad ipsum Monasterium comode duci non poterat nisi per terram cum pastino et vacuo. que eidem alexio dicitur pertinere foris hac predicta Ciuitate In loco aquarole prope et non multum longe A Monasterio puellarum sancti leonis de foris muro. Ed circo sicut ipsi alexio placuit sponte per hanc cartulam ob reuerentiam omnipotentis dei et Intuitu predicti ordinis In remissionem eciam peccatorum suorum construi uoluit et promisit: ut in predictam terram cum pastino et uacuo eiusdem alexij ad opus ut dictum est dicti Monasterij construi debeat aqueductum pro ut melius et comodius construi poterit. Et aquam de fonte qui aquarola dicitur et aliorum fontium uicinatorum ad ipsum aqueductum congruentium per ipsam aqueductum ad dictum Monasterium dominarum absque contrarietate ipsius alexij et heredum eius. Concessit eciam Idem alexius eidem Johanni Bossedano pro parte suprascriptarum dominarum et predicti Monasterij plenariam potestatem ut quociens necese fuerit predictum aqueductum uideri. mundari. refici uel aptari ne ipse aqueductus secundum aliquam suam partem ruinam uel defectum aliquem paciatur et pro alijs eciam necessarijs que imminere uel accidere poterunt in ipso aqueductu Intrandi predictam terram cum pastino et vacuo ejusdem alexij. uident. mundandi. reficiendi uel aptandi uel eciam in ipso aqueductu de nouo aliquid comode construendi absque contrarietate ipsius alexij et heredum eius Insuper uoluit et concessit Idem alexius ut circa ipsam aqueductum intra predictam terram cum pastino eiusdem alexij. sicut dictum est constructum nihil debeat edificari. construi uel plantari spacio unius passus justo passu hominis mensurati. preterea ipse alexius obligauit se et suos heredes ut non liceat

*Monisterio  
 D. Leone  
 Me pro rany  
 fuerit le  
 mure*

eis aliquod facere nel facere fieri circa ipsum aqueductum per quod possit ipsa aqua aliquo modo prepediri: destrui seu uastari: Vnde per conuentionem ipse alexius Guadium ipsi Johanni Bossidano pro parte suprascriptarum dominarum et dicti Monasterij dedit et fideiussores pro ipsarum dominarum et predicti Monasterij parte posuit semet ipsum et Landulfum qui dicitur de Todenco filium quondam. . . Et per ipsam Guadium ipse alexius obligauit se et suos heredes. si sicut superius scriptum est non adimpleuerint et suprascripta uel ex eis quicquam remouere aut contradicere presumpserint componere illj cuj hec cartula pro parte ipsarum dominarum et predicti Monasterij in manu peruenerit Triginta augustales et sicut suprascriptum est adimplere. Quod autem superius intra uirgulos rogatum est legitur mundar̄ comode et taliter duas vnus tenoris cartulas. hanc quidem pro parte predictarum dominarum. et predicti Monasterij sancti Damianj. et aliam pro parte eiusdem alexij. et heredum eius. Ego Thomasius puplicus Salernj notarius qui rogatus Interfui scripsi et meo signo signaui. Ego qui supra Matheus Judex. Ego predictus Thomasius qui Interfui testis sum. Ego predictus abbas Johannes testis sum. Ego predictus Matheus notarius testis sum. Quumque predictus notarius philippus predicto Monasterio spectare diceret predictam cartulam In suprascriptis capitulis habere Insinuatam et mei qui supra Judicis. Infrascripti notarij et predictorum testium officio puplicatam. ex eo uidelicet ne forte utendo predicta originaria cartula qua uti necesse esset in predictis capitulis in questionem que uerteretur de predicto aqueductu Inter predictum notarium philippum pro parte predicti Monasterij ex vna parte et Matheum Saluaticum ex altera. eadem originaria cartula amicteretur ut quoniam pluries accidit in Similibus uel dinastaretur in aliquo me subscriptum notarium et predictos testes deputatus est meum Implorando officium quatenus predicta cartula In Jam dictis capitulis Insinuandam admictere-mus et In puplicam formam redigeremus in eiusdem Mona-

sterij firmam memoriam et cautelam - Cuius precibus Annuens ut pote iuste factis vna cum predictis notario et testibus eandem cartulam insinuandam et puplicandam admisimus et puplicauimus et transumptum de eisdem capitulis in hoc scriptum publicum nullo in ejs dempto addito uel mutato per manus Johannis puplici Salerni notarij in hanc scripturam puplicam transumendo. Que Ego Johannes puplicus Salerni notarius qui Rogatus interfui In hanc scripturam redigendo scripsi et meo signo signaui ».

\* *Ego qui supra Jacobus de prothouidice Judex*

*Ego predictus tomasius butrumilus testis sum*

\* *Ego predictus marcus de sancta maria testis sum*

CONTINUAZIONE DELLE NOTIZIE APPARTENENTI AL MONISTERO  
DI S. SPIRITO.

XXI. Esiste un altro prezioso documento riguardante l'oggetto medesimo, e contrassegnato coll'anno dell'era volgare 1235, 23 del regno di Federico ecc., nel quale compariscono le istesse due nobili e pie benefattrici del predetto monistero di s. Spirito, menzionale nella scrittura antecedente, come accettatrici di un'altra consimile concessione che a beneficio di esso sacro stabilimento faceva un tale Azzopardo figlio del fu Filippo cognominato *de Bucco*, permettendo pure che in una terra seminaria di sua pertinenza si costruisse un acquedotto che servisse di passaggio all'acqua necessaria all'uso di quello. Quantunque non abbia alcuna relazione col tempo del governo arcivescovile di Filippo, come il precedente, e sia propriamente riferibile al regime di Cesario d'Alagno ch'era l'arcivescovo di quell'epoca, ho stimato espediente di rapportarlo piuttosto in questo luogo, a fine di riunire come sotto un sol punto di vista tutto ciò che vi ha di più interessante in ordine alla casa religiosa di cui si tratta. Ecco adunque in qua' termini trovasi compilato ed espresso — « IN NOMINE domini dei Eterni. et Saluatoris nostrj ihesu xpisti.

Anno ab Incarnatione eius millesimo ducesimo Tricesimo quinto - Et Sextodecimo Anno Imperij domini nostrj Frederici Gloriosissimi romanorum Imperatoris Semper Augusti Jerusalem et Sicilie regis - Et Vicesimo tercio Anno Regni domini nostrj Henrici regis Sicilie. et ytalie eius excellentissimi filij. Mense februarj - nona Inditione. Ante me Matheum Judicem presentibus - Matheo guarna - Et Matheo pinto publico Salernj Notario - testibus subscribendis - et ad hoc specialiter rogatis - Azzopardus filius quondam Philippi qui dictus est de Bucco. Coniunctus est cum Johanne qui dicitur bossedanus filio quondam Nicolay. Ipse tamen Johannes bossedanus pro parte Nobilium Mulierum domine Comitisse quondam uxoris Nobilis Viri domini Johannis saraceni. domine Aurimpie filie Nobilis Viri domini Landulfi. domini Castelli quod Cripta dicitur. Et pro parte etiam quarumdā aliarum dominarum religionem Monasterij Venerabilis Ordinis Sancti Damiani Ingressi uolentium - Et Quoniam Monasterium predictj Ordinis A nouo fundamine partim constructum est - et partim remanet construendum. foris hac Salernitana Ciuitate Illa parte aque qua busanula dicitur - In loco uidelicet ubi aluponte dicitur Intra terram uacua in qua Ecclesia Sancti Spiritus constructa est - Et Ipsa terra predicto Monasterio ut dictum est partim constructo pertinere dicitur - In cuius Monasterij constructione - predicta domina Comitissa - Et domina Auripia manum largitalis - et caritatis aperientes - eleemosinas ylariter ob reuerenciam dicti Ordinis erogarunt - Quibus mediantibus eleemosinis ut dictum est elargitis - tam id quod in ipso Monasterio factum est - quam etiam Id quod decetero in ipso Monasterio pro majori parte construi poterit - referentibus plurimum ad complementum - et perfectionem dicti Monasterij asseritur conuenire - Et cum Inter cetera ad usum predicti Monasterij profutura aqua plus alijs necessaria uideretur - que ualde utilis eidem Monasterio posset ab omnibus prouideri - que non sine magno labore. et expensis plurimis in eodem Monasterio haberi poterat - cum locus in quo aqua quedam

oritur ab ipso Monasterio sit remota - Et per loca decliuia ad ipsum Monasterium aqua ipsa per aqueductum artificiose debeat deriuari - que aqua ad ipsum Monasterium comode duci non poterat - nisi per terram cum pastinello - que eidem Azzopardo dicitur pertinere foris hac predicta Ciuitate In loco aquarola - prope et non multum longe a Monasterio puellarum Sancti Leonis que de forismuro - Juxta quam uidelicet terram cum pastinello eiusdem Azzopardi - Casa fabricata discohopena - et alia edificia constructa sunt - Idcirco sicut ipsi Azzopardo placuit sponte per conuentionem per hanc Cartulam - ob reuerentiam Omnipotentis dei. et Intuitu predicti Ordinis - In remissionem etiam peccatorum suorum - Concessit Voluit Et promisit ut in predictam terram cum pastinello eiusdem Azzopardi - ad opus ut dictum est dictj Monasterij construi debeat Aqueductum - pro ut melius et comodius construi poterit - Et aquam de fonte qui aquariola dicitur - per ipsum Aqueductum ad prefatum Monasterium deriuari absque contrarietate ipsius Azzopardi et heredum ejus - Concessit etiam ipse Azzopardus - et tribuit ipsi Johanni bossedario pro parte saprascriptarum dominarum et predicti Monasterij licentiam et potestatem assumendi totam aquam omnium fontium - qui sunt in eadem terra cum pastinello eiusdem Azzopardi et construendi et fabricandi in ea aqueductum ab ipsis fontibus usque ad alium aqueductum. qui incipit a supradicto fonte qui aquariola dicitur - et ducit usque ad prefatum Monasterium - prout melius et comodius ipsi aqueducti construi et fabricari poterunt pro utilitatibus ipsarum dominarum et predicti Monasterij. absque etiam contrarietate ipsius Azzopardi et heredum eius. Tribuit etiam Idem Azzopardus eidem Johanni bossedario pro parte predictarum dominarum - et prefatj Monasterij plenariam potestatem ut quociens necesse fuerit predictum Aqueductum uideri - mundari - refici - uel aptari - ne ipse aqueductus secundum aliquam necessitatem ruinam uel defectum aliquando patiat - et a seruitijs alijs necessarijs que Imminere. et accidere poterunt in ipso Aqueductu In-

trandi in predictam terram cum pastinello eiusdem Azzopardi. uidendi - mundandi - reficiendi - uel aptandi - et etiam In ipso Aqueductu de nouo aliquid comode construendi absque etiam contrarietate eiusdem Azzopardi et heredum eius. Insuper uoluit - et concessit Idem Azzopardus ut circa ipsum Aqueductum - In predicta terra cum pastinello eiusdem Azzopardi - sicut dictum est constructum nihil debeat edificarij - construiri - uel plantarij - spatio unius passus Justo passu hominis mensurarij - Et licitum sit eidem Azzopardo et heredibus eius aquam ipsius Aqueductus - pro utilitatibus predictae terre cum pastinello eiusdem Azzopardi capere - sine lesione ipsius Aqueductus - Tali modo ut propter hoc aqua que duci debet ad predictum Monasterium ad usum congruum dominarum ipsarum non ualeat Impedirij. Propterea ipse Azzopardus obligauit se - et suos heredes ut non liceat eis aliquid facere. uel facere fieri circa ipsum Aqueductum - per quod possit ipse aqueductus in aliquo prepedirij - destrui - seu uastarij. Vnde per conuentionem ipse Azzopardus quadiam ipsi Johanni bossedario pro parte Supradictarum dominarum et predicti Monasterij dedit et fideiussores ej pro ipsarum dominarum predicti Monasterij parte posuit semet ipsum. Et Petrum pirmentonium russus sororium suum. filium quondam Johannis. Et per ipsam quadiam ipse Azzopardus obligauit se - et suos heredes si sicut superius scriptum est non adimpleuerint - et suprascripta uel ex eis quicquam remouere aut contradicere presumpserint componere illi cui hec Cartula pro parte ipsarum dominarum et predicti Monasterij peruenit Triginta Augustales. et sicut suprascriptum est adimplere. Hoc autem memorandum est - quoniam Suprascriptus Azzopardus Caritatiue suscepit ab ipso Johanne bossedario pro parte suprascriptarum dominarum et predicti Monasterij mediam unciam auri - tarenorum monete sicilie - faciendum quod uolebit. Et taliter duas unius tenoris Cartulas - hanc quidem pro parte predictarum dominarum - Et aliam pro parte ejusdem Azzopardi - et heredum ejus - Ego Thomasius publicus Saler-



ni notarius qui rogatus inde scripsi et signo meo signavi ».

✱ *Ego qui supra matheus Julex*

✱ *Ego predictus Matheus guarna testis sum.*

LETTERE APOSTOLICHE D'INNOCENZO IV A FAVORE DEL  
MONISTERO MEDESIMO.

XXI. Da' documenti precedentemente allegati apparisce che il monistero di cui è parola non era stato ancor condotto a termine all'epoca de' medesimi. Ma che nell'anno 1247 si trovasse l'opera già recata a compimento, sembra che chiaramente risulti da due lettere apostoliche del sommo pontefice Innocenzo IV, l'una data fuori in detto anno, l'altra nel susseguente; imperocchè in esse vien supposto ch'era già abitato da un competente numero di religiose le quali con impegno ed alacrità professavano la regola che avevano giurata (a),

(a) Era appunto quella delle così dette povere donne di s. Chiara, designata col nome di s. Damiano poichè nella chiesa eretta in onore di s. Damiano si ritirò essa pia e fervorosa discepolo di s. Francesco qualche tempo dopo alla sua consecrazione a Dio, continuando a dimorarvi per lo spazio di anni 42 e raccogliendovi numeroso stuolo di compagne della sua penitenza. Ecco quanto ne scrive il dotto Luca Vadingo nel 2.<sup>o</sup> vol. de'suoi annali della religione francescana, alla pag. 77, §. 1: « Tandem ad Ecclesiam S. Damiani, ex Beati Francisci consilio, simul cum sorore ( il nome di costei era Agnese ) migrauit. Ibi mentis anchoram quasi in certo figens, non jam pro loci mutatione ulterius fluctuat, non pro actitudine dubitat, non pro solitudine reformidat. Haec est illa Ecclesia, in cujus reparatione Franciscus miro desudaverat studio, ejusque sacerdoti pecuniam obtulerat pro opere reparando. Haec est in qua dum Franciscus oraret, vox ad eum de ligno Crucis delapsa insonuit: Francisce, vade, repara domum meam, quae, ut cernis tota destruitur. In hujus locelli ergastulo coelesti amore Sponsi Virgo se Clara conclusit; in hac se a mundi tempestate celans, corpus, quoad viveret, carceravit. In hujus

e che rivolgevasi al supremo capo della Chiesa per interessarlo a vantaggio della loro già formata comunità. Ma checchè sia da affermarsi intorno a detta cosa, il proprio oggetto delle due lettere pontificie è il seguente. Colla prima si concede alle monache il privilegio di non poter essere molestato da qualunque superiore ecclesiastico che avvalendosi di facoltà ottenute dalla santa sede pretendesse esercitare atto di giudizio contra di esse, se quegli non appartenesse al medesimo di loro ordine e ne' casi occorrenti non facesse cenno di siffatta concessione. Colla seconda poi vengono ammoniti ed esortati tutt'i fedeli sparsi per tutto l'orbe a sovvenire colle loro pie largizioni allo stato miserabile in cui si trovavano le predette religiose, oppresse dalla gravezza della loro volontaria povertà; con promettere a chi corrispondendo a tale invito aggiugnesse la visita del monistero a causa di devozione quaranta giorni d'indulgenza. Non rimane altro che far conoscere il tenore e la forma di queste lettere, ed eccole quindi stesamente addotte, trascrivendole dalle loro pergamene rispettive — « *INNOCENTIUS episcopus servus servorum dei dilectis in xpisto filiabus. Abbatissae et Conuentuj Monasterij sancti Spiritus Salernitani ordinis sancti Damianj: Salutem et apostolicam benedictionem. Uacantibus amoris celestium et contemptuj terrenorum in hijs benignj libenter occurrimus per que ab hominum a liberate calumpnijs et quieta contemplatione proficiant et uite braniam deo propitio cursu libero comprehendant. Quapropter Dilecte in domino filie ut innocens uestre paupertatis humilitas per nostre prouisionis auxilium*

---

*caverna maeeriae columba deargentata nidificans Virginum Christi collegium genuit, Monasterium sanctum instituit, pauperum Dominarum ordinem inchoavit. Hic in via poenitentiae glebas membrorum terit, hic semina perfectae justitiae seminat, hic inessu proprio signat vestigia secuturis. In hoc sancto reclusorio per quadraginta duos annos disciplinae flagellis frangit sui corporis alabastrum, ut domus Ecclesiae repleatur fragrantia unguentorum »*

tranquille deuotionis consequatur augmentum. . . ac auctoritate presentium indulgemus ut conueniri a quoquam per litteras apostolicas non possitis nec aliquis contra uos earum auctoritate procedere ualeat nisi de ordine uestro et hac indulgentia plenam fecerint mentionem. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre concessionis infringere uel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se nouerit incursum. Datum lugduni III Kalendas octobris Pontificatus nostri anno Quinto. —

INNOCENTIUS episcopus seruus seruorum de*j* Uniuersis xpisti fidelibus presentes litteras inspecturis. Salutem et apostolicam benedictionem. Quoniam ut ait apostolus omnes stabimus ante tribunal xpisti recepturi prout in corpore gessimus siue bonum fuerit siue malum oportet nos diem messionis extreme misericordie operibus preuenire, ac eternorum intuitu seminare in terris quod reddente domino cum multiplicato fructu recolligere debeamus in celis. futuram spem fiduciamque tenentes quoniam qui parce seminat parce et metet et qui seminat in benedictionibus de benedictionibus et metet uitam eternam. Cum igitur dilecte in xpisto filie. Abbatissa et Conuentus Monialium inclusarum Monasterij sancti Spiritus Salernitani ordinis sancti Damiani subuentionis uestre indigeat reuelari remedijs. que premuntur nimium iugo uoluntarie paupertatis. Vniuersitatem uestram rogamus monemus et hortamur in domino in remissionem uobis peccaminum iniungentes. quatinus de bonis uobis a deo collatis eis uel earum Nuntio cum propter hoc ad uos accesserit pias elemosinas et grata caritatis subsidia erogetis. ut per subuentionem uestram earum inopie consulatur. et uos per hec et alia bona que domino inspirante feceritis ad eterne possitis felicitatis gaudia peruenire. Nos enim de omnipotentis de*j* misericordia, et beatorum petri et pauli apostolorum eius, ac ea quam dominus nobis concessit auctoritate confisi. omnibus uere penitentibus et confessis. qui ad monasterium ipsum causa deuotionis ac-

cesserint. et eis uel ipsarum Nuntio manum porrexerint caritatis. Quadraginta dies de iniuncta sibi penitentia misericorditer relaxamus. Datum Lugduni III Idus Augusti Pontificatus nostri anno Sexto ».

DIPLOMA DEL RE ROBERTO A BENEFIZIO DI ESSO  
RELIGIOSO STABILIMENTO.

XXII. Conchiuderò la serie delle notizie appartenenti al monastero di s. Spirito col produrre un ampio diploma emanato a beneficio dello stesso dal re Roberto. Ricevevano quelle religiose un annuo sussidio di dodici once d'oro da' proventi delle dogana e gabelle allora esistenti in Salerno, e fu il suddetto principe medesimo colui il quale con lettere patenti del giorno 13 di febbraio dell'anno 1326 o la prima volta concesse loro il diritto di percepirle, o almeno il rinnovellò e confermò. Ma arrivato l'anno 1328 i gabellieri trovarono difficoltà per continuare a corrispondere siffatta prestazione, il che die' motivo alle religiose di avanzarne ricorso al re, con rammentargli il già disposto precedentemente da lui su tale oggetto. Conseguenza di questa petizione fu il diploma di cui si è fatto cenno, che diretto sì agli stratigoti di questa città che a' riscuotitori de' dazi, dichiarava a questi ultimi l'ordine di soddisfare immanamente e così proseguire negli anni avvenire senza opporre più ostacoli e cavilli, ed imponeva a' primi di avvalersi de' mezzi coattivi a danno di costoro in caso di omissione. Ciò brevemente avvertito, passerò a sottometterlo agli occhi del lettore nel modo onde trovasi esposto nel suo autografo — « Robertus dei gratia Rex Jerusalem et Sicilie Ducatus Apulie et Principatus Capue Prouincie et forcalquerij ac Pedimontis Comes: Stratigotis Ciuitatis Salerni nec non Cabellotis seu Credencerijs fundici et dōbane ac Cabelle Sicie auripellis Ciuitatis eiusdem presentibus et futuris fidelibus nostris gratiam et bonam uoluntatem. Peticio supplex Religiosarum mulierum Monasterij Sancti Spiritus de ordine

sancti Damiani de ipsa Ciuitate Salerni deuotarum nostrarum nouiter excellentie nostre porrecta continuit quod de prouisione Vnciarum Auri duodecim stabilita eis super Juribus dictorum fundici et dohane seu ipsius Cabelle Sicle Auripellis certo modo sicut in licteris nostris datis neapoli die tertio-decimo februarij proxime retrolapse none Indictionis directis Stratigotis dicte Ciuitatis ac Cabellotis seu Credencerijs dictorum Jurium tunc presentibus et futuris asseritur plenius contineri - restat amplius pro anno nuper preterite Indictionis Vndecime et preterito tempore presentis anni satisfactio impendenda - Supplicacione subiuncta ut satisfieri eis exinde tam pro ipso anno Vndecime Indictionis quam preterito tempore anni presentis et deinde inantea successiue benignius mandaremus. Nos uero nolentes Religiosas easdem cultui diuino uacantes predictae prouisionis fructu carere Vobis expresse precipimus, quatenus vos presentes Cabelloti seu Credencerij, si dictis Religiosis satisfactum eciam est de dicta earum prouisione pro dicto anno Vndecime Inditionis, de quo per predecessores nostros In Cabellis eisdem anno ipso seu per licteras Magistrorum Racionalium Magne nostre Curie qui habuerunt computum cabellatorum ipsorum discutere Vos uolumus informari, tam pro ipso anno quam pro dicto preterito presentis anni tempore si eciam nunc est illis de prouisione ipsa per Vos ut exponitur satisfactum statim simul et semel, et deinde tam vos presentes cabelloti seu Credencerij pro futuro eiusdem presentis anni tempore quam vos alij successiue futuri officij uestri petentibus Religiosis eisdem uel earum procuratori seu nuncio pro eisdem de pecunia Jurium reddituum et prouentuum cabellarum ipsarum que per manus uestras est et erit iuxta tenorem licterarum nostrarum seruandum quidem in omnibus de prouisione predicta satisfactionem debitam impendatis qualibet indebita cauillacione remota Recipientes exinde suis vicibus debitas apodixas Vosque Stratigoti non impediendes solutionem eandem cabellotos seu Credencerios ipsos ad id sicut oportunum fuerit compellatis. Mandato uel ordi-

nacione contrarijs, eciam si de illis essent in presentibus mencio facienda uel eciam assignacionibus factis uel faciendis Mercatoribus de Bardorum peruciorum (a) et auricellorum societatibus super petitione ipsorum Jurium non obstantibus quomodo. Presentibus ipsarum transumpto per uestrum singulos in publica forma recepto remanentibus presentanti efficaciter in antea ualituris. Datum Neapoli in Camera nostra - Anno domini M<sup>o</sup> CCCXXVIII die VI<sup>o</sup> nouembris XII<sup>e</sup> Indictionis Regnorum nostrorum Anno XX<sup>o</sup> ».

(a) Che nel tempo della dominazione de' due Carli d' Angiò e dei loro successori Roberto e Giovanna 1.<sup>a</sup>, esistessero in Napoli le società de' commercianti italiani, denominate de' Bardi, de' Perugi e dei Buonaccorsi di Firenze ecc. è cosa risaputa da' conoscitori delle patrie istorie. Ma sia pregio dell'opera l'arrecare alcune provvisioni del governo o degli agenti di esso riguardanti dette società, rendendone però tutto il merito al dotto ed egregio signor Camera che avendole rilevate dal regio archivio della capitale si è compiaciuto cortesemente parteciparcele —

« Mercatoribus societatum Bardorum et Peruciorum de florentia « provisio pro extractione frumenti salmarum 22 millia ». ( In anno 1311 Arca G. mazz. 25 n.º 1 e mazz. 26 n. 3 ).

« Maetheus Tortellus de Neap. miles una cum domino Stephano « Pettinato de Capua magister portulanus et procurator, ac magister Salis Apulie promittit mercatoribus Societatum Bardorum, Peruciorum et Aczarellorum extractionem salmarum frumenti 50 millia ad rationem unciar. 9 taren. 18 pro singulis centum salmis eis concessam a domino Rege pro solvendis censibus Regni Sicilie presentis anni X Indict. » ( mazz. 7 n.º 50 Arca L ).

« Mercatoribus de societate Bardorum de Florentia, confirmatio exemptionis a iure bilancie quod solvitur Neapoli, eis olim concessa a Rege Carolo secundo ad petitionem Lippi Yldebrandini de Florentia mercatoris de societate predicta ». ( Ex regist. olim R. Sicilae an. 1343 lit. C. fol. 53 ).

« Mercatoribus de Societate Bardorum, Aczarellorum et Bonaccursorum de Florentia Neapoli commorantibus, qui conduxerunt Siclam Neap. ad cudendum libras centum millia argenti actenta multitudi-

SENTENZA DI TOLOMMEO VESCOVO DI RAVELLO, IN QUALITÀ DI  
 RAPPRESENTANTE DI BERARDO VESCOVO DI PALESTRINA E LE-  
 GATO APOSTOLICO, A FAVORE DELLA MENSA ARCIVESCOVILE  
 DI SALERNO.

XXIII. Nel 1290 ebbe luogo una rilevante decisione a pro della Chiesa di Salerno, emanata da Tolommeo vescovo di Ravello a tal uopo delegato da Berardo vescovo di Sabina e legato Apostolico. Fra i dritti che la Chiesa suddetta possedeva su lo stato di Olevano di lei feudo, vi era quello di poter sola avere ivi dei trappeti o delle macchine per estrarre l'olio, delle quali erano tutti quegli abitanti vassalli della medesima obbligati avvalersi, contribuendo una porzione dell'olio cavato in beneficio di essa, e di tal diritto godeva da tempo immemorabile. Or avendo dovuto Filippo trattenersi qualche tempo lontano dalla sua diocesi per affari che il richiamavano presso la s. sede, presero da ciò occasione que' naturali di ergere e costruire altri trappeti e macchine particolari con enorme danno e pregiudizio della mensa. Ma le novità non durarono che pel tempo della di lui assenza, poichè non appena ritornato, eccolo avanzarne ricorso al vescovo di Palestrina che allora si trovava nel nostro regno, in qualità di legato apostolico. Da costui fu rimessa la faccenda al suddetto Tolommeo, il quale, dopo di aver diligentemente ascoltate le parti e ponderatene le ragioni ed eccezioni prodotte, nel suo palazzo vescovile di Ravello dette fuori la sentenza, condannando gli Olevanesi a demolire le macchine da essi edificate,

---

« ne Carolensium minoris ponderis, seu incisorum existentium tunc  
 « in Regno, precedente ordinatione, quod habentes dictos Carolenos et  
 « volentes eos expendere oportebat ipsos portare iterum ad cuden-  
 « dum ad Regalem Siclam Neap., et si sunt minoris ponderis taren.  
 « 4 et grana 10. iterum caduntur et non expendantur. Provisio pro  
 « rennovatione edicti ». (Ex regestu licit. B. an. 1344. fol. 134, 135).

ed ordinando che recassero per l'avvenire tutt'i prodotti dei loro olivi ai trappeti della mensa arcivescovile, con doverne cedere la settima parte per la molitura, ecc. Eccola pertanto quì trascritta dall'archivio di essa mensa ove originalmente conservasi — « **IN NOMINE domini Amen. Nos Ptolomeus Dei et Apostolica gratia humilis Rauellensis Episcopus presenti Scripto sententie declaramus pro suscitata materia questionis Inter Reuerendum Patrem Dominum Philippum Salernitanum Archiepiscopum pro parte Sua. Et Ecclesie Salernitane ex parte altera super quibusdam moncanis machinis et Trappetis - Ac propterea ipso domino Archiepiscopo ad Sanctissimum patrem et dominum dominum Berardum Episcopum Penestrinum Apostolice Sedis legatum pro sua et Ecclesie predictae Justitia Recurrente. Idem dominus legatus pro declsione questionis eiusdem suas nobis direxit licteras eius uero et noto sigillo Cere Rubee sigillatas omni Vitio et suspicione carentes quas dominus Archiepiscopus prelibatus nobis olim die ultima mensis Julij primo preteriti presentauit nullo in eis mutato addito uel detracto. per omnia continencie talis. Uenerabili in Xpisto patri. . dej gratia Episcopo Rauellensi. Berardus miseratione diuina Episcopus penestrinus Apostolice Sedis legatus salutem et sinceram in domino Caritatem. Sua nobis nenerabilis pater Philippus Archiepiscopus Salernitanus petitione monstrauit quod licet Ecclesia Salernitana in Castro olibanj ad ipsam Ecclesiam pertinente hactenus habuerit et habeat machinas seu moncana ad oleum faciendum in quibus homines eiusdem Castri uassallj eiusdem Ecclesie tenentur facere oleum. Et pro molitura certam partem ipsius Olej eidem Ecclesie exhibere. Nec ullus de uassallis ipsis in eodem castro habere possit Trappetum seu machinas uel moncana pro oleo faciendo. Ac in possessione uel quasi Juris huiusmodi Ecclesia ipsa fuerit a tempore cuius memoria non exlitit nuper tamen postquam Idem archiepiscopus Iter ampuerat ad sedem apostolicam ad quam summus pontifex ipsum personaliter citari fecerat accedendum dicti Vassallj eundem Archiepiscopum et pefatam**



**Ecclesiam predicta possessione uel quasi destruere Indebite molientes alia moncana machinas et Trappeta temeritate propria facere presumpserunt in eiusdem Archiepiscopi et dicte Ecclesie preiudicium et grauamen. Quarum dictus Archiepiscopus nobis humiliter supplicauit ut prouidere super hoc Juri suo et eiusdem Ecclesie de opportuno Remedio Curaremus. Quo circa paternitatj vestre presentium tenore mandamus quatenus si Inquisita super hijs Auctoritate nostra de plano et sine strepitu Judicij diligenti veritate rem Inueneritis ita esse predictos vassallos quod moncana machinas et Trappeta predicta per eos taliter facta destruant et similia decetero facere non Attemptent. Ac eorum oleum fieri faciant in moncanis machinis et Trappetis Archiepiscopi et Ecclesie predictorum prout est hactenus obseruatum. Monitione premissa per Censuram Ecclesiasticam Ratione preuia compellatis Inuocato ad hoc si opus fuerit auxilio brachij secularis. Data Caiactie Sexto Kalendas Agusti pontificatus domini Nicolaj pape quarti Anno tercio. Eadem die ultima premissus dominus archiepiscopus pro parte sua et Ecclesie supradicte obtulit nobis quedam Capitula ad coadiuandam Inquisitionem per nos Auctoritate predictarum licterarum mediante Justitia ad premissam declaracionem et Robur predictarum continentie licterarum ac Juris suj et Ecclesie prenunciate. nec non ut futurus processus ex licteris Antedictis explosis allegationum et obiectionum amfractibus Illibatam sortiretur effectum. posuit et obtulit se probare probatum quod Castrum olibanj cum Juribus et pertinentijs suis Justo titulo et bona fide ab eo tempore cuius memoria non extabat spectauit et spectabat ad salernitanam Ecclesiam pleno Jure. Item quod predicta Ecclesia in castro olibanj et districtibus eius ad eandem Ecclesiam pertinentibus habuit et habebat machinas Trappeta seu monchana ad oleum faciendum in quibus omnes homines eiusdem castri vassallj eiusdem Ecclesie tenebantur facere ac fecerunt ex debito oleum de oliuis eorum ab eo tempore Cuius memoria non extabat. Item quod predicti vassallj pro molitura oliua-**

rum suarum que machinate sunt in predictis machinis de quibus fiebat oleum ut est dictum certam partem ipsius olej et oliuarum eiusdem Ecclesie Salernitane soluerunt et exhibuerunt. Ac exhibere tenebantur unde temporibus quondam Cesarij Archiepiscopi. Et retro ipsum seu antequam fierent predictae machine ad aquam nucleos ipsarum oliuarum et postquam facte sunt ipse machine ad aquam unam de septem partibus olej quod fiebat in ipsis. Et ipsam septimam partem exhibuerunt et soluerunt a temporibus quondam domini Mathei salernitanj Archiepiscopi. Item quod omnes et singulj vassalli predicti. Ac possessiones et bona ipsorum vassallorum ex sollempni et legitima oblatione exinde causa donationis facta in persona et manibus eiusdem domini Cesarij Salernitanj Archiepiscopi pro parte sua. successorum suorum et salernitane Ecclesie. per eosdem talem seruitutem debuerant et debeant Ecclesie supradicte. Videlicet quod vassallj ipsi ex causa predicta constituendam seruitutem predictam obligauerunt se et possessiones et bona eorum et propterea etiam tenebantur omnes oliuas eorum ac possessionum et bonorum ipsorum machinare et machinari facere in moncanis machinis et Trappetis predictis. et promiserunt in manibus predicti quondam domini Cesarij pro molitura ipsarum oliuarum certam partem ipsius olej et oliuarum eidem Ecclesie exhibere. Unde nucleas oliuarum que machinabantur. et quod predicti vassallj moncana - machinas - et trappeta habere facere - uel fieri facere non possent in possessionibus et bonis eorum uel aliorum. Item quod predicta Ecclesia fuit in continua possessione uel quasi predictorum ciuium spatio triginta Annorum. Item quatragesima. Item quinquagesima. Item sexagesima. Item septuagesima. Item octuagesima - et ab eo tempore cuius memoria non extabat. Item quod dum vassallj olibanij predicti fecissent hactenus in possessionibus eorum moncana. machinas seu Trappeta pro oleo faciendo de oliuis eorum et possessionum eorum destituendo et destituere volendo per violentiam Auctoritate propria pefatam Ecclesiam possessione uel quasi Juris predicti.

quod ipsa Ecclesia tenebat et possidebat uel quasi Jam sunt quinquaginta Annj. quod quondam dictus Cesarius salernitanus Archiepiscopus in continenti vim vi repellendo seipsum et salernitanam Ecclesiam in predicto Jure secundum... defendendo Auctoritate propria destruxit et destrui fecit ipsas machinas Trappeta seu moncana per predictos vassallos facta ut superius continetur prohibendo ipsis vassallis ne decetero similia facerent. et ut omnes et singulj homines olibanj vassallj Ecclesie prelibate sollepniter confitendo et legitime recognoscendo predicta omnia uera esse cum debita solepnitate promiserunt et obligauerunt se predicto domino archiepiscopo cesario nomine et pro parte Ecclesie supradicte nullo unquam tempore facere uel habere in eorum possessionibus uel alibj machinas uel moncana seu Trappeta ad oleum faciendum. Set eorum oliuas machinare et machinari facere in machinis seu moncanis predictis Ecclesie prelibate et quod pro molitura ipsarum oliuarum exhiberent quod eidem Ecclesie proinde consueuerant exhibere. Item quod ex tunc continue pacifice et quiete Jam sunt Anni viginti Item viginti quinque. Item Triginta. Item quatraginta et plus. predicti vassallj fecerunt oleum de oliuis eorum et possessionum et bonorum eorum de predictis machinis et moncanis Ecclesie Salernitane soluentes et exhibentes ipsi Ecclesie predictum debitum moliture. et obtestantes etiam prohibitioni predictae et predicta Ecclesia Salernitana fuit in continua et pacifica possessione uel quasi omnium predictorum Jure suo utens et uti se credens usque quo nuper Reuerendus pater dominus Philippus Salernitanus Archiepiscopus Iter ampuit ad sedem apostolicam ad quam summus pontifex ipsum personaliter citari fecerat Accedendum. Item quod predicti omnes vassallj et singulj sollepniter confitentes et legitime recognoscentes predicta omnia et singula uera esse obligauerunt se quondam domino Matheo Salernitano Archiepiscopo et cum ipso conuenerunt pro parte sua - successorum suorum et predictae Salernitane Ecclesie machinare et machinari facere in predictis machinis moncanis et Trap-

petis Ecclesie Salernitane omnes oliuas eorum et possessionum  
 eorum et pro molitura ipsorum oliuorum soluere et exhibere  
 eidem domino Archiepiscopo et successoribus suis et predicte  
 Ecclesie unam partem de septem partibus olej quod fiebat in  
 ipsis. et nullo umquam tempore facere aut fieri facere - uel  
 habere in possessionibus eorum Trappeta machinas uel mon-  
 cana et ex tunc ipsi vassallj predictum seruauerunt. promissa  
 Ecclesia predicta recepit et fuit in pacifica possessione uel qua-  
 si eorum Jam sunt Anni viginti et plus usque ad tempora  
 predicti itineris predicti domini philippi salernitani archie-  
 piscopi. Item quod nuper postquam Reuerendus pater domi-  
 nus philippus Salernitanus Archiepiscopus predictum Iter am-  
 puit ad sedem apostolicam ad quam Summus Pontifex ipsum  
 personaliter citari fecerat Accedendum - dicti vassallj eundem  
 dominum Archiepiscopum et prefatam Ecclesiam predicta pos-  
 sessione uel quasi destituere Indebite molientes alia moncana  
 machinas et Trappeta temeritate propria facere presumpserunt  
 in eiusdem Archiepiscopi et dicte Ecclesie preiudicium et gra-  
 uamen. Vnam in domo Mathei vitellj. aliam in domo Gilij  
 de floresia - et alibj in olibano Ad hec petens Archiepiscopus  
 ipse ut quj fuerunt et erant fautores - Auctores et principes  
 excessuum predictorum. et quos generaliter ad eorum Indu-  
 ctionem in predictis sequitj sunt et sequentur homines de oli-  
 bano. in quorum domibus seu possessionibus facte erant nu-  
 per machine moncana et Trappeta predicta Inquirere debe-  
 remus - Posuit Insuper Archiepiscopus ipse et obtulit se pro-  
 bare paratum quod de predictis et eorum singulis fuit et erat  
 publica vox et fama in predicto castro olibanj et locis cir-  
 cumstantibus. Jam quod predicta et eorum singula fuerant  
 et erant notoria in predictis Castro et locis. Et circa Noto-  
 rium seu Notoria ipsa plurimum Idem Archiepiscopus pro parte  
 sua et predicte Ecclesie solepniter Institit ac etiam Insistebat.  
 offerens se Inde facere plenam fidem. Produxit etiam et pre-  
 sentauit nobis archiepiscopus ipse pro parte sua et predicte  
 Ecclesie quosdam testes. Nec non quedam priuilegia per que

probare volebat capitula supradicta. Post que archiepiscopus ipse pro parte sua et premissis Ecclesie a nobis Cum Instantia postulauit ut ad executionem predictorum procedere deberemus. Nos uero ad eorum executionem cum omni diligentia procedere Cupientes predicta presentata et oblata nobis ob Reuerentiam domini legati predicti reuerenter admisimus et per ipsorum executionem Apud olibanum Vbj plena haberi poterat notitia predictorum nos contulimus de persona die tercio Mensis Augusti primo presenti. Et gerentes et uolentes quantum in Nobis erat ut Jura omnium et singulorum seruarentur Illesa Apud ipsum Olibanum uniuersitatem olibanij coram Nobis fecimus more solito congregari. Sicque lectis predictis licteris in presentia uniuersitatis eiusdem ipsarum que tenore diligenter exposito ut omnes et singulj de uniuersitate ipsa plenam de commissione nobis facta per licteras Antedictas haberent Notitiam et scientiam quam de ipsis propter ea habuerant. Quia concurrentibus hijs que requiruntur a Jure super predictis Inquirere volebamus et debebamus legitime et peremptorie citauimus omnes et singulos de eadem uniuersitate. Ut ipsi omnes et singulj que uellent et sua crederent Interea per se uel procuratorem ydoneum et sufficienter Instructum certo termino coram nobis comparere deberent Recepturi quod Justitia suaderet Ac sacra predictorum testium Juramenta. uel in contrarium allegaturi quare non deberemus ad huiusmodi Inquisitionem procedere. Aut quare prefatus archiepiscopus non esset in predictis suis petitionibus admittendus. alioquin eorum absentia seu contumacia non obstante ad predictorum executionem procederemus in quantum cum deo et iustitia procedere debebamus. statimque omnes et singulj de eadem uniuersitate aperte dixerunt quod coram nobis comparere nolebant. Nec se in Inquisitione ipsa defendere coram nobis et Illicentiatj de nostra presentia recesserunt. Deinde instante predicto domino Archiepiscopo ut procederetur in causa omnibus et singulis de eadem uniuersitate contumacibus reputatis per nos de consilio sapientum decre-

uimus in causa predicta fore in omnium et singulorum predictorum contumaciam procedendum. Et ita eidem archiepiscopo certum peremptorium dedimus terminum ad probandum Infra quem archiepiscopus ipse coram nobis productos testes reproduxit. et ad iterum prefata privilegia presentauit. Deinde testes ipsos prestito ab eis de veritate dicenda secundum formam Juris debito Juramento super predictis capitulis secreta in loco Judicij examinauimus diligenter. et ipsorum attestaciones et dicta. Nec non predictorum privilegiorum tenores in actis fideliter sunt Redditi Elapso termino supradicto. Et Insistente predicto Archiepiscopo ut vltius procederetur in causa licet non vocata parte altera propter predictam eius contumaciam procedi de Justitia potuisset - ad maiorem tamen exaggerationem et pro Inquisitione plenissima veritatis predictos omnes et singulos legitime et peremptorie citarj fecimus ut certo termino eis dato per se uel procuratorem Instructum comparerent in Judicio coram nobis ut Interest publicationi productorum oblatorum et probatorum ex parte altera. Ac super premissis Capitulis responderent quam scient et crederent veritatem. Et in causa predicta cum prefato Archiepiscopo vltius de Justitia processurj. Quo termino veniente comparuit coram nobis pro parte predictorum Archiepiscopi et Ecclesie discretus vir dominus assaldus Tirara de scala procurator. yconomus syndicus. et Actor ad hanc causam ipsorum archiepiscopi et Ecclesie ab eodem domino Archiepiscopo ordinatus solepniter et sufficienter Instructus, et petit. . . . in contumacia partis alterius non comparentis. Nos uero facta nobis plena fide de procuratione. . . . domini Assaldi quem admisimus ut pote ad causam predictam sollepniter ordinatum dictam partem aliam ad alium certum terminum quem ad hoc dedimus de equitate potius quam de Jure duximus expectandum. . . . quo veniente comparuerunt in Judicio coram nobis dominus predictus et matheus de carabella ad hanc causam per omnes et singulos de Olibano eorum procurator et syndicus ordinatus. quj de sindicatu et procuratio-

ne sua in *Judicio fide facta licet ab ordinantibus ipsum sub ypotheca bonorum et rerum eorum releuatus esset a satisfactione de Rato et *Judicato soluendo Nichilominus ex vi sindicatus et procurationis eiusdem. . . ut defensor sine mandato volens ducere predictum negotium et admissus voluntarius ut contra procuracionem et sindicatum suum alterius partis allegatio non obstaret. Nec ipsum posset quomodolibet Impedire de Rato et *Judicato soluendo fideiussores prestitit apud Acta. *Judicem Andream de Cunso. Rogerium de spensa. *Judicem Matheum Murese. et *Judicem Johannem de Olibano. qui fideiubentes solepniter. et Renunciantes specialiter eorum priuilegio fori Ac omni beneficio Juris in illum euentum tenerj uoluerunt ex fideiussione predicta ubj quod per eum ageretur et fieret in predictis contra omnes eosdem et singulos efficacem non sortiretur effectum. ipsis omnibus et singulis se excusantibus et opponentibus hijs que fierent per eum uidelicet eorum procuratorem et sindicum Antedictum. Hijs ita dispositis ipse Matheus de Carabella petijt et habuit certum terminum *Infra quem Inueniret et haberet aduocatatum. et cum ipso compareret et procederet in causa. Quo termino adueniente. et ipsis domino assaldo et matheo comparentibus in *Judicio coram nobis de utriusque partis assensu facta est in *Judicio solepnis publicatio probatorum. et mandatum est. ut ipsi Matheo petentj fieret copia de probatis et toto processu. Et ipse Matheus contra personas et dicta testium. et priuilegia supradicta totumque processum est protestatus ac super capitulis supradictis Respondit quam super ipsis sciuit et credidit veritatem. Post que eidem Matheo volentj et petentj usque ad certum diem ad excipiendum allegandum probandum et dicendum contra predictos testes priuilegia et processum. et ipsos Reprobandum ac etiam Impugnandum terminus peremptorius est prefissus *Infra quem si uellet reciperet copiam predictorum quam nos'er Actorum Notarius ipsi Matheo ad eius requisitionem obtulit se daturum. Quo die ueniente Idem Matheus quj *Infra premissum terminum non***********

requisiuerat et sic non receperat copiam Antedictam. et quj nihil exceperat allegauerat probauerat uel dixerat. Infra premissum terminum ad hoc datum ut ad alia procederetur in causa cum predicto domino assaldo comparuit in Iudicio coram nobis et pro ferijs Videmiarum tunc Instantium. eidem Matheo petentj usque ad certum diem peremptorius terminus declaratus et prefixus. Et idem dominus assaldus protestatus est quod predictus Matheus ad repulsam predictorum non erat vterius admittendus. Predicto vero die veniente et partibus coram nobis in Iudicio constitutis. cum peremptorium prefiximus terminum ad disputandum et concludendum in causa Infra quem hinc Inde ambe partes non simul sed diuisis diebus ipsius terminj comparentes multa protestatj sunt et dixerunt. quibus non obstantibus nos nichilominus volentes ponderate procedere ad certum diem alium peremptorium terminum prefiximus et prefigi fecimus partibus ad comparendum coram nobis et disputandum et concludendum in causa. Quo die veniente. et Iudice Petro Castellomata de salerno procuratore yconomo syndico. et Actore predictorum Archiepiscopi et Ecclesie ad hanc causam ordinato. quj de sua commissione et ordinatione fidem prefeceat apud Acta et comparuerat Infra premissum superiorem terminum in Iudicio coram nobis ac premissis Matheo comparentibus in Iudicio coram nobis Idem Iudex petrus disputauit et conclusit in causa. Ac quantum ad partem suam pro disputato habuit et habere voluit et concluso. si concluderet pars aduersa. uel in concludendo contumax esset. Sed pars aduersa per Beneficium restitutionis in Integrum pro parte predictae vniuersitatis lamquam lese ut dicebat quia nulla pro eius parte data fuerant ad repulsam Infra predictum terminum ad hoc datum petijt ad repulsam alium terminum sibj darj predicto Iudice petro in contrarium multis Rationibus allegante. quod prefatus Matheus ad predicta non erat aliquatenus admittendus. Deinde Ratificatis et Acceptatis per ipsum dominum assaldum ad causam predictam procuratorem yconomum et syndicum et Acto-



rem primitus ordinatum omnibus que prefatus Judex petrus ad eandem causam secundano constitutus fuerat et procurauerat in hac causa Acceptata etiam per ipsum commissione et constitutione de eodem Judice petro facta ad hanc causam per dominum archiepiscopum antedictum tandem die ad hec data utraque parte presente licet ipse Matheus de nouo protestatus fuisset quod per predictas domini legatj licteras non essemus. Non esse poteramus Judex Inter vniuersitatem Olibanj. et predictos Archiepiscopum et Ecclesiam. et diceret quod pro parte singulorum de olibano petere Indentebat per Beneficium restitutionis In Integrum tamquam pro absentibus et Indefensis terminum alium ad repulsam testium productorum. ex causis tamen Rationabilibus atque Justis mandauimus. ordinauimus atque decreuimus ut predictis que procedere non poterant nec debebant non obstantibus disputaretur et concluderetur in causa. Sicque Idem Judex petrus in contumacia partis adverse presentis ac disputare et concludere denegantis disputauit et conclusit in causa. quam disputationem et conclusionem Ratam habuimus et Acceptam. et nos etiam quantum in Judice est conclusimus in eadem Et vtrique parti prefiximus peremptorium terminum ad veniendum coram nobis apud Rauellum. et diffinitiuam sententiam audiendam ad diem lune penultimum presentis mensis Octobris quarte Indictionis post que prefatus Matheus de carabella a predictis in eo quo datus est Predictus terminus ad sententiam audiendam. Et idem Matheus ut dicebat obtulerat se paratum petere beneficium restitutionis in Integrum pro parte singulorum predictorum viva voce ad dominum legatum non petens apostolos appellauit et protestatus est Iterum ut supra. Et Nihilominus Idem Matheus parte altera absente non per contumaciam obtulit nobis extra Iudicium quandam petitionem per quam per beneficium restitutionis in Integrum pro parte singulorum de olibano quos absentes rei puplice causa et Indefensos fuisse dicebat ad repulsam predictorum testium petijt sibi terminum assignari - petens Idem Matheus quod su-

per predictis datis alligatis et habitis post mandatum nostrum et ordinationem predictam quam Interloquutoriam nominabat deliberaremus. rej prefigeremus terminum in quo comparet coram nobis deliberationem nostram auditurus in ipsis. Nosque propter predicta que de Jure non sortiebantur effectum non recedentes a termino supradicto dato ad sententiam audiendam. nec ab ijs in predictis mandato et ordinatione contentis eidem Matheo volentj et petentj terminum assignauimus ad ueniendum. et audiendam deliberationem nostram super omnibus Antedictis ad diem lune predictum quo dante domino dissiuitiuam sententiam fereremus. Die uero vicesimo octauo predicti mensis Octobris dominus Nicolaus Rufulus de Rauello Juris Ciuilis profexor aduocatus predicti Mathei obtulit nobis Neapolj in cammera in qua eramus quandam Cedulam per quam ipse Mathens appellare scribebatur in ipsa ab ordinatione et mandato predictis. que Interloquutoriam appellabat. Die uero lune predicto apud Rauellum coram nobis utraque parte in Iudicio presentata - Nos qui supra Ptholomeus Episcopus prehabito super toto processu cause predicte plurium utriusque Juris profexorum et aliorum praticorum plena cum deliberatione consilio diligenti quia vidimus et perpendimus omnia que continentur in lictis et Capitulis superius Annotatis. et maxime notorium seu notoria de quibus premissa Capitula faciunt mentionem per predictos testes priuilegia et confessionem predicti Mathei in Iudicio factam plenissime fore probata probatum est etiam quod Actores fautores et participes excessuum predictorum quos generaliter ad Inductionem eorum alij homines de olibano sequtj sunt et sequuntur fuerunt et sunt Petrus de habinent Rogerius de habinent Guillelmus de spensa. petrus marrus Johannes Judicis Johannis. Johannes Judicis petri. Matheus piczutus sikenulfus - Gilius Casarus qui dicitur de floresia Damianus Caval. . Thomasius ferrarius Judex Johannes de grano qui dicitur de diano. Matheus vitellus. Judex Andreas de Cunso et Rogerius de spensa de Olibano non obstantibus uel obuiantibus predictis

per partem aduersam predictorum Archiepiscopi et Ecclesie seu syndici yconomi actoris et procuratoris eorum datis dictis oblati et allegatis que nulla fuere et que per personas legitimas et ad hec habentes mandata sufficientia non sunt data - omnibus Rite paratis Xpisti nomine Inuocato in hijs scriptis omni qua decuit sollempnitate seruata diffinitiuam sententiam proferentes predictum matheum de Carabella syndicum et procuratorem omnium et singulorum de universitate predicta tam predictorum Actorum principum et fautorum quam etiam aliorum vassallorum Ecclesie prelibate pro parte eorum Conuictum et confessum et ipsos omnes et singulos homines supradictos iam fautores et principes quam alios qui predicta moncana machinas et trappeta per eos taliter facta tam in domibus predictorum Mathei vitellj in casali salicti de castro predicto. et in domibus Gilij de floresia in casalj arianj de eodem castro quam alibj in ipso castro destruantur et similia decetero facere non attemptent. Ac eorum oleum de omnibus oliuis eorum et possessionum et bonorum suorum fieri faciant in moncanis machinis et trappetis archiepiscopi Ac Ecclesie predictorum. Et pro molitura earumdem oliuarum. soluant et exhibeant prefato procuratori pro parte Archiepiscopi et Ecclesie prelibate et ipsis Archiepiscopo et Ecclesie unam partem de septem partibus olej quod fiet de ipsis oliuis in predictis moncanis machinis et Trappetis Ecclesie supradicte prout est actenus obseruatum prefato Judici Petro pro parte predictorum archiepiscopi et Ecclesie et eisdem Archiepiscopo et Ecclesie presentialiter condepnamus. Et quia sacris consonat Instituis quod santio Imperialis edocet. hoc est quod ut Calupnia. et audacia temere litigantium compescatur victus victori in expensis legitime condepnetur. et periculum Imminet Judici contraria facientj Idcirco predictum Matheum de Carabella pro parte predictorum omnium et singulorum Ac omnes et singulos predictos ad soluendum et Restituendum predicto procuratori Archiepiscopi et Ecclesie Salernitane pro parte ipsorum Archiepiscopi et Ecclesie. et ipsis Archiepisco-

po et Ecclesie expensas quas in Causa predicta Idem archiepiscopus et prefata Ecclesia per se. et procuratores yconomos syndicos et Actores eorum. Et ipsi procuratores ycouomi syndici et Actores pro parte ipsorum Archiepiscopi et Ecclesie fecerunt condepnamus. Quarum taxationem cum moderatione nostra et Juramento vtriusque partis ut Juris est faciendam nobis Integre Reseruamus. Lata et pronunciata est hec sententia apud Rauellum in Episcopalij palatio Rauellensi in presentia testium subscriptorum ad hoc vacatorum specialiter et Rogatorum Anno domini Millesimo ducentesimo Nonagesimo die lune predicto penultimo presentis mensis Octobris quarte Indictionis. Pontificatus domini Nicolaj pape quarti Anno tertio. Vnde ad futuram memoriam et tam predictorum Archiepiscopi. et Ecclesie quam premissi eorum procuratoris Cautelam presens scriptum publicum exinde fieri fecimus per manus magistri Bartholomei Baraioli Canonici Rauellensis publici Ecclesie Rauellensis et Actorum notarij signo suo signatum NOMINIS subscriptione et sigillo pendenti munitum. Testes predicti sunt hij videlicet dominus Sergius de Judice Juris Canonici profexor Canonicus salernitanus et Amalfitanus. dominus Nicolaus Capudscrofa de salerno Juris Ciuilis profexor. dominus Stephanus freccia primicerius abbates Jacobus de aqua. Ambrosius Sannella presbiter. Angelus de Tedora canonicj Rauellenses presbiter paschalis de barbara de Rauello. Et Notarius Nicolaus Marancia de Salerno. Quod scripsi Ego predictus Magister Bartholomeus Baraiolus Canonicus Rauellensis publicus. Ecclesie Rauellensis. et Actorum Curie predicti domini Episcopi Notarius. Qui predictis Rogatus Interfui. et meo signo signaui. Scriptum est et factum per manus mej predicti Notarij de mandato nostri Episcopi supradicti presentibus testibus supradictis ».

*Nos frater ptolomeus humilis Rauellensis Episcopus qui supra (a).*

SCHIARIMENTI INTORNO A BERARDO NOMINATO NEL  
PRODOTTO DOCUMENTO.

XXIV. Berardo vescovo di Palestrina, di cui si discorre nel documento esposto, si fu con tutta verisimiglianza quel legato Apostolico inviato da Niccolò quarto a fine di fregiare della regal corona di Ungheria il primogenito di Carlo II, cioè Carlo Martello, cui per la seguita morte di Ladislao senza lasciar figliuoli legittimi, e la cessione delle ragioni della regina Maria sua madre che qual sorella di Ladislao ne era la più prossima erede, fu destinata la signoria di quella regione. S. Antonino rapportando un tale avvenimento parla di un legato pontificio che coronò il nuovo re, ma non ne indica il nome o la dignità. Ecco le sue parole: « In Neapoli Rex fecit magnam solemnitate[m], militem creans filium suum primogenitum vocatum Carolum Martellum; ac per legatum Papae fecit eum coronari, nec reliquerat » parlando di Ladislao « filium masculum, qui in eo regno succedere posset, nec alius erat haeres, nisi Regina Maria uxor Caroli Regis Sicilie, et mater Caroli hujus Martelli, cui jure haereditario succedebat deinde regnum Ungariae. 3.<sup>a</sup> p. tit. 2, cap. 6, §. 7 ». Alla omissione di s. Antonino pare, con fondate ragioni, che supplisca la prodotta scrittura. Va in essa, per fermo, la commissione fatta dal legato Berardo al vescovo di Ravello di procedere nella causa tra l'arcivescovo e gli Olevanesi contrassegnata colla data dei 26 di luglio del 1290: or sappiamo che fu la coronazione di Carlo Martello eseguita in Napoli agli otto di settembre dell'anno medesimo, e possiam supporre o che esso Berardo anticipato avesse la sua venuta per altri incarichi ricevuti e da disimpegnare nel regno, o che rattroandosi già in esso per l'esercizio della legazione gli fosse poi segnatamente conferita la facoltà di cignere il diadema al nuovo re. È da riflettersi inoltre che fu Berardo da papa Niccolò IV nella vigilia di Pentecoste dell'anno 1288, creato cardinale e vescovo di Palestrina, essendo prima vescovo di

Osimo nella Marca di Ancona per opera di Martino IV. Chiamavasi Berardo Berardi, ed era nato in Cagli nel ducato di Urbino (a). Nè debbe punto confondersi con quel Berardo vescovo di Sabina, autore della lettera patente nella quale si trova inserito l'ampio privilegio di Federico II, di cui si parla nel §. CXXVI della parte 2.<sup>a</sup>, mentre quest'ultimo, che chiamavasi ancora Gherardo, apparteneva alla famiglia *Bianca* di Parma e fu nell'anno 1282, il dì 5 di giugno, da papa Martino IV deputato perchè si adoperasse a ricondurre la Sicilia all'ubbidienza del re Carlo, da cui si era divisa per effetto del famoso vespro siciliano.

LA NARRATA DECISIONE VIEN RICONOSCIUTA E CONFERMATA  
SOLENNEMENTE DAL PREDETTO LEGATO APOSTOLICO.

XXV. « HONORABILI in xpisto Patri. Philippo dei gratia Archiepiscopo Salernitano Berardus miseratione diuina Episcopus Penestrinus apostolice sedis Legatus salutem et sinceram in domino caritatem Petitio uestra nobis exhibita continebat quod uobis olim exponentibus nobis quod licet ecclesia Salernitana in Castro olibanj ad ipsam pertinente hactenus habuerit et haberet machinas seu montana ad oleum faciendum in quibus homines eiusdem Castri Vassalli ejusdem ecclesie tenebantur facere oleum et pro molitura certam partem ipsius olei eidem ecclesie exhibere nec ullus de Vassallis ipsis in eodem Castro habere poterat trappetum seu machinas uel montana pro oleo facendo ac in possessione uel quasi iuris huiusmodi ecclesia ipsa fuisset a tempore cuius memoria non extabat tamen postquam iter arripueratis ad sedem apostolicam ad quam summus pontifex uos personaliter citari fecerat accedendi dicti Vassalli uos et prefatam ecclesiam predicta possessione uel quasi destituere indebite molientes alia montana machinas et trappeta temeritate propria

(a) V. il Fleur) libr. ottantesimottavo, §. 47 dell'ediz. di Nap. del 1717.

facere attemptarunt in vestrum et dicte ecclesie preiudicium et grauamen. Nos Venerabili Patri. . Episcopo Rauellensi nostris dedimus licteris in mandatis ut si inquisita super hijs auctoritate nostra de plano et sine strepitu iudicij diligenti ueritate rem inueniret ita esse predictos Vassallos quod montana machinas et trappeta predicta per eos taliter facta destruerent et similia decetero facere non presumerent ac eorum oleum fieri facerent in montanis machinis et trappetis uestris et ecclesie supradicte prout erat hactenus obseruatum monitione premissa per censuram ecclesiasticam ratione preuia coartaret Inuocato ad hoc si opus esset auxilio brachij secularis. Sane idem episcopus in huiusmodi negotio iuxta formam predictarum licterarum nostrarum rite procedens quia sibi constitit de premissis definitiuam pro uobis et prefata ecclesia sententiam promulgauit quam nostre confirmationis petistis munimine roborari. Nos igitur uestris supplicationibus inclinati sententiam ipsam sicut est iusta nec legitima pro uocatione suspensa ratam et gratam habentes eam auctoritate qua fungimur confirmamus et presentis scripli patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre confirmationis infringere uel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se nouerit incursum. Datum Capue III Nonas Decembris Pontificatus dominij Nicolaj pape IIII Anno Tertio » (a).

ATTO DI COLLAZIONE DI UNA CAPPELLANIA ERETTA NEL CASALE DI AIELLO A FAVORE DI UN PRETE NATIVO DEL VILLAGGIO MEDESIMO, E DUBBÌ CHE OFFRE INTORNO ALLA SUA AUTENTICITA'

XXVI. Dovrebbe all' anno 1292 rapportarsi la concessione e tradizione della chiesa di s. Pietro del casale di Aiello a titolo di cappellania perpetua, dall' abbate Ruggiero detto *de*

(a) Arc. III, num. 201.

*Canalibus*, ecclesiastico appartenente al clero dell'arcivescovo e rettore di s. Andrea *de pontellis*, da cui essa chiesa di s. Pietro dipendeva, eseguita a favore del prete Palmerio cognominato *gratus*, nativo del villaggio suddetto. Ma il documento da cui si apprende un tal fatto presenta dei caratteri che potrebbero ispirare dei dubbj sulla sua genuinità. Vedesi in fatti contrassegnato coll' anno primo del regno di Ungheria di Carlo Martello, mentre essendone stato investito fin dagli otto di settembre del 1290, dovrebbe il settembre del 1292 (in cui la scrittura in quistione leggesi compilata) corrispondere per lo meno all' anno secondo di quella dominazione. Non basta: — Si è accennato di sopra che il solo Carlo II fu, essendo principe ereditario, fregiato del titolo di principe di Salerno, e che gli altri primogeniti dei nostri re e primi nel grado della successione assunsero la qualità di duchi di Calabria. Veggasi su di tale argomento fra gli altri l' avvocato Giannone nel libro 21 cap. 6 della sua Istoria civile, da cui si riferisce altresì che fra i figli di Carlo II Tristano si fu quegli che del titolo di principe di Salerno andò decorato. Ecco adunque un altro apparente indizio della inautenticità del documento — Peraltro, in ordine a questa seconda difficoltà potrebbe dirsi, che allorquando Carlo Martello divenne erede del nostro regno in qualità di primogenito di Carlo II, era tuttavia in vigore la legge introdotta da Carlo I d'Angiò di adornare della qualità di principe di Salerno chi dovesse succedere nella dominazione. Carlo II si trovava allora prigioniero presso Pietro d' Aragona per la famosa battaglia data da Ruggiero di Loira ammiraglio di esso Pietro alle galee degli Angioini nel golfo di Napoli. Non ricevè quindi egli la corona del regno che ai 29 di maggio del 1289, e ciò per mano del pontefice Niccolò IV nella città di Rieti. Dopo tal epoca gli fu consentito di far ritorno nel regno per introdurvi quei cambiamenti che stimò opportuni e per il benessere dei popoli a lui soggetti e per il lustro della sua casa. Potè dunque col grado di principe di Salerno an-



dar decorato infino allora Carlo Martello; e poichè non guarì dappoi fu innalzato a re d'Ungheria ritenere potè anche l'antico titolo in segno di onore. Arroge che troviamo bensì un figlio di Carlo II decorato del titolo di duca di Calabria, ma questi si fu Roberto terzogenito, alloraquando il primogenito era già insignito della dignità di re di Ungheria, ed il secondogenito Ludovico rinunziato avendo alle grandezze del secolo erasi aggregato allo stato ecclesiastico (a). Per riguardo a Tristano poi, settimogenito figlio di Carlo I.<sup>o</sup> potrebbe dirsi che sia divenuto principe di Salerno non prima della morte di Carlo Martello accaduta in Napoli nel 1301. Ma se con tali riflessioni sufficientemente si dilegua il secondo dubbio, che potrem dire in ordine al primo? mi riserbo di ritornare quindi a poco su di un tal punto (b) ed ora dirò soltanto che una carta, in cui tutte le altre note si trovano regolari, non sembra che per una sola inesattezza debba esser caratterizzata per apografica e supposta. Checchè ne sia, io la renderò di pubblica ragione, lasciando all'erudito lettore la

---

(a) Si fu questi il famoso s. Ludovico di Tolosa, che fin dalla sua infanzia die' tali argomenti di saviezza e pietà da far ben presagire qual sarebbe per riuscire in appresso. Nel 1288 fu, unitamente ai suoi fratelli Roberto terzogenito e Giovanni ottavogenito, inviato in ostaggio presso il re d'Aragona in vece del re suo padre. Dopo sette anni di prigionia, posto in libertà nel 1294, pensò a compiere il voto che aveva già emesso di abbracciare l'istituto di s. Francesco, rinunciò ai dritti sugli stati paterni e ricevè gli ordini ecclesiastici. Da Bonifacio VIII fu nel 1296 innalzato al vescovado di Tolosa, alla qual promozione egli non acconsentì che colla condizione di soddisfare prima al voto di indossare l'abito francescano. Il che eseguito, die' di piglio al governo della diocesi che esercitò con tutte le virtù proprie di un vescovo zelantissimo e caritatevole a meraviglia. Morì a Brignoles nel 1297 dopo sei o sette mesi di vescovado, e la fama dei suoi miracoli mosse Giovanni XXII a canonizzarlo.

(b) Rapposteremo in seguito un altro documento del 1295, e piglieremo allora occasione per discutere con qualche appoggio di ragioni la difficoltà di cui ora si tratta.

facoltà di giudicare intorno al suo vero valore — « **IN NOMINE** domini dei eterni et Saluatoris nostri Jhesu xristi Anno ab Incarnatione eius Millesimo ducentesimo nonagesimo secundo Et octauo Anno Carolj secundi dei gratia Jerusalem et Siciliae gloriosissimi Regis ducatus Apulje et principatus Capue prouincie et forchalquerij Illustrissimi Comitis. Et primo Anno Regni domini nostri Carolj primogeniti suprascripti domini nostri Regis dei gratia Vngarie Illustrissimi Regis - Et octauo Anno principatus eiusdem Magnifici principis Salerni et honoris Montis Sancti Angeli - Mense Septembris. Sexte Indictionis. Ante me Johannem caputgrassum Judicem presentibus Abbate Johanne capograsso clerico et dyacono huius salernitani archiepiscopij dopno Johanne Maren presbitero cardinalj predicti archiepiscopii et Malgerio Saragnan testibus subscribendis et ad hoo specialiter rogatis - Abbas Rogorius qui dicitur de canalibus clericus suprascripti archiepiscopij ac Rector Ecclesie Sancti Andree de pontellis filius quondam Guillelmj Judicis qui similiter de canalibus dictus est per conuentionem pro parte suprascripte Ecclesie utiliter gerens causam et negotium eiusdem presente Abbate Constantino pappacarbone Clerico archiepiscopij suprascripti Ac Eo Volente consenciente et ratum habente Imperpetuum Cappellaniam Tradidit et concessit presbitero palmerio qui dicitur gratus de casali agellj filio Johannis Integram Ecclesiam sancti petri de Casalj agellj que cum omnibus rebus suis suprascripte Ecclesie sancti Andree pleno Jure pertinet et subiecta est Cum omnibus possessionibus Juribus et obuencionibus ad Ecclesiam ipsam spectantibus Inuestiens ipsum per birretum suum canonicè de eisdem. Cum omnibus ad ipsam Tradicionem et concessionem pertinentibus et cum Vice de Vijs suis. Qua ratione ut amodo et donec ipse presbiter palmerius vixit Eandem Tradicionem et concessionem qualiter superlegitur sua potestate teneat et dominet omnesque suas Vtilitates in ea Justa ratione faciat qualiter Voluerit et eandem Ecclesiam die noctuque illuminet et officiet seu illuminare et officiare faciat

sicut decet et possessiones eiusdem Ecclesie omnes et singulas annualiter apto tempore colat laboret et seminet seu colj seminare et laborare faciat ut decet Sic ut in melius perficiat et non depereat. Si uero Amodo et donec ipse presbiter uixerit in Eadem Ecclesia uel domibus eiusdem aliquid ad comodandum uel reficiendum fuerit expensis ipsius presbiteri conciatur et reficiatur Justa ratione. Quicquid enim fructuum uel frugum census uel dacionis obuentionis seu oblationis ac omne aliud quod ex eadem traditione et concessione ipse presbiter amodo et donec uixerit Juste percipere tollere uel habere potuerit totum illud sibi habeat faciendum quod uoluerit. Tantum omni Anno Amodo et donec ipse presbiter uixerit det et exoluat ipsi Rectori et successoribus suis seu partibus suprascripte Ecclesie causa cognicionis Cappellanie predictae subscriptam grani rerum et pecunie quantitatem subscriptis terminis. uidelicet. In festo Beati petri de mense Junij. Et contingit ipsum Rectorem ad Ecclesiam ire prandium concedens pro se et personis sex alijs. non luerit Centum oua: Vnum bonum presuceum et quatuor bonos pullos. In festo Beate Marie de Mense Augusti Intra hanc Salernitanam Ciuitatem ad domum suam unum modium de bono grano siccato netto et. . . Justa mensura Curie mensuratum et in festo Natalis domini et pasce Resurreccionis dominice ana duo tarenos auri monete Sicilje faciendum quod uoluerit. Et saluo si eidem Ecclesie per aliquos xpisti fidelium aliquod altare diuocionis. . . stabile aut aliquod aliud ad ornatum ipsius Ecclesie pertinens ob remedium delictorum eorum dicatur uel oblatum fuerit quod illud Idem presbiter ad opus ipsius Ecclesie studeat conseruare. Teneatur etiam Idem presbiter soluere dicto patrono anno quolibet Jura per eandem Ecclesiam debita uel ectiam consueta. Jus uero terrarum seu possessionum predictae Ecclesie eis in alios transferre non liceat. Verum si ipse presbiter amodo et donec uixerit suprascripta omnia et eorum singula predicto Rectori et successoribus suis seu partibus suprascripte Ecclesie anualiter sicut suprascri-

ptum est non dederit fecerit et adimpleuerit. Tunc potestatem habeant ipsi Reclor et successores sui et partes suprascripte Ecclesie tradicionem et concessionem Ei auferre faciendum quod voluerint Et suprascripta omnia et singula nihilominus pro preterito tempore eis dare facere et adimplere teneatur quia sic Inter eos conuenit. Ipso uero presbitero. . . Seculum relinquire Tunc suprascripta traditio et concessio Irritetur et ad potestatem suprascripti Rectoris et successorum eius seu parcium suprascripte Ecclesie reuertatur faciendum quod voluerint. Vnde per conuentionem ipse presbiter guadiam ipsi Rectori et successoribus suis seu partibus suprascripte Ecclesie dedit et fideiussorem ei pro illius parte posuit semet ipsum et suprascriptum Johannem genitorem suum per cuius licentiam Jussum et mandatum suprascripta fecit. Obligantes ipsi Rectori et successoribus suis seu partibus suprascripte Ecclesie tam pro se quam subdictis omnibus et singulis ad pignorandas omnes res eorum et heredum eorum legitimas et illegitimas seu licitas et illicitas - Et per ipsam guadiam ipse presbiter obligauit se et suos heredes si sicut supra descriptum est non adimpleuerint suprascripta uel ex eis quicquam remouere aut contradicere presumpserint componere ipsi Rectori et successoribus suis seu partibus suprascripte Ecclesie pene nomine. Viginti augustales et sicut suprascriptum est adimplere. Qui Videlicet presbiter. . . tactis sacratis euangeliiis sponte corporaliter Jurauit suprascripta omnia et eorum singula omni tempore rata et firma tenere et habere et contra ea aliquatenus non venire. Renuntians expresse super hoc beneficio restitutionis Integrum ac omni alio Beneficio Juris Canonici et Ciuilis ac consuetudinij scripte et non scripte editis et edendis Introductis ad hoc et Introducendis quibus contra predicta uel aliquid predictorum per se aut per alium aut alios de facto uel de Jure in Iudicio uel extra Iudicium dicto facto uel opere Venire posset uel aliquid attentari nec non ipsius pater et. . . . et expresse consentierunt ut in me predictum Iudicem et publicum notarium cum scirent ex certa eorum scientia

predictos Judicem et notarium suos non esse. quod autem superius disturbatum est legitur quanto. scient. et quod Inter uirgulos scriptum est legitur palmerius illud guadiam. Que omnia Ego pandulfus de pandulfo puplicus Salerni notarius rogatus Interfui scripsi et meo signo signauī ».

✱ *Ego qui supra Johannes Judex*

✱ *Ego predictus johannes marronus ecclesie salernitane presbiter cardinalis testis sum*

✱ *Ego predictus iacobus curialis clericus testis sum*

✱ *Ego predictus abbas Thomas Capudgrassus testis sum*

✱ *Ego predictus Malgerius de Saragnano testis sum (a).*

VISITA PASTORALE ESEGUITA DALL' ARCIVESCOVO FILIPPO NELLA PARTE DELLO STATO DI NOCERA DIPENDENTE DALLA SUA GIURISDIZIONE, E CIO' CHE IN TALE OCCASIONE OPERO' A VANTAGGIO DELLA MENSA.

XXVII. Nell'anno susseguente ravvisiamo Filippo occupato nella sacra visita pastorale di quella porzione della contrada di Nocera aggregata alla diocesi di Salerno. Fu in tal contingenza, che pervenne a sua notizia che i fondi di proprietà della sua Chiesa ivi esistenti lungi dal presentare una condizione prosperevole e lusinghiera, giacevano anzi in uno stato di squallidezza ed abbandono. Conosciuto esser ciò vero, concedette a titolo di enfiteusi ad un tal Guglielmetto Ungro nocerese e suo diocesano i fondi predetti per la durata di anni ventinove, coll'obbligo di migliorarli e fornirli di viti, e col peso della metà del vino che se ne trarrebbe e di altre minori prestazioni a beneficio della sua mensa. La scrittura relativa a tal contratto fu stipulata in Nocera medesima, per mano di Tommasio notaio della curia arcivescovile, e presenta i termini come quì appresso — « Philippus miseratione

(a) Arc. III, num. 202.

diuina humilis Salernitanus Archiepiscopus. . dilecto in xpieto  
 filio. Guillelmetto Vngro de nuceria salernitano dyacono de-  
 uoto suo. Salutem in domino sempiternam. Dum clerum et  
 populum castri nucerie Salernitane dyocesis uisitarem ex  
 debito officij pastoralis peruenit ad nos. possessiones ecclesie  
 Salernitane matris nostre fore quasi dissipatas et male cultas  
 seu destructas - Volentes de predictis plenius certificari. di-  
 ligentem inquisitionem fecimus per quam Inquisitionem - ea  
 que ad nostrum de predictis possessionibus auditum perue-  
 nerat inuenimus fore vera propter quod omni diligentia ad-  
 hibita ad manus nostras proprias dictis possessionibus reuocatis  
 legitime cogitauimus ipsas possessiones limis laboratoribus seu  
 cultoribus concedere. qui illas excolerent. Arbustarent. et fun-  
 darent ut de limo in melius colerentur. Et quia Peccia Vna  
 terre cum Arbusto sita in territorio dicti castri nucerie ubi  
 proprie ad Santa maria maiure dicta quam tenuerat Johan-  
 nes tachatore et confrates iuxta fines A duabus partibus vic  
 puplice ab alia parte finis nostri Episcopij. et ab alia parte  
 finis. heredum quondam domini Johannis Vngari erat quasi  
 destructa ipsam Terram tibi predicto Guillelmetto Vngro tuis  
 que heredibus ad laborandum concedimus hinc ad Annos Vi-  
 ginti nouem. per te tuos que heredes colendam. seminandam.  
 et Arbustandam. ita quia numquam per nos uel successores  
 nostros Aud nomine et pro parte nostra. Ante predictum tem-  
 pus Viginti nouem Annorum. A te tuis que heredibus aufe-  
 ratur. nisi tu tui que heredes. edificare. colere et arbustare  
 cessaueritis. secundum Seitum. consuetudine. et dicte Terre  
 exigentiam. tunc enim ipso facto. nobis liceat ipsam Terram  
 ad maioris nostre ecclesie reuocare et concessionem predictam  
 tibi tuis que heredibus factam infringere tali uidelicet pacto.  
 quod de Vino. nobis nostris que successoribus medietatem da-  
 bitis eius quod nascetur in terra predicta. quod Vinum tu  
 tui que heredes. ad expensas uestras usque ad cellarium no-  
 strum nucerie portari facietis et reponi in nostris Vegetibus  
 ibidem. et quod non uindemiabilis. neque metetis nobis no-

stris que successoribus aut baiulis nostris. ad hoc deputatis inrequisitis. et deferes tu. tui que heredes oua decem consueta et debita pro capiua et Gallinam unam dabis tu. tui heredes Annis singulis pro palmentatico. Insuper dabis tu tui que heredes predicto baiulo nostro comedere. secundum quod est consuetum de Victualibus uel seminibus que nascentur in illa. dabis tu tui que heredes in area de quinque partibus unam et paleas dabis nobis. tu. tui que heredes secundum consuetudinem dictam castri nucerie. Si uero in predictis. uel predictorum aliquo tu uel tui heredes defeceritis. ipso facto. et iure sit presens nostra concessio cassa. et irrita et nullum robur obtineat firmitatis et liceat nobis. nostris que successoribus auctoritate propria. sine decreto et sumossa curie dictam Terram reuocare. Insuper tibi tuis que heredibus. non liceat ius presentis concessionis in alium transferre. siuo locationis titulo. uenditionis at que mutationis. uel in dotem dactionis seu quouis alio modo nobis seu nostris successoribus inconsultis. Et si molestiam aliquam tu tui que heredes nobis seu nostris successoribus feceritis. obligas te. tuos que heredes. nobis pro parte nostre Ecclesie stipulantibus ad penam duarum Vnciarum Auri soluendam nobis. pro parte nostre ecclesie memorate. Vnde ad eternam memoriam et tui tuorum que heredum cautelam. presens scriptum concessionis tibi exinde fieri fecimus. per manus Thomasij puplici curie nostre notarij signo eius signatum. nostris subscriptum et sigillo pendentem munitum. Actum. nucerie. Anno domini. Millesimo. ducentesimo nonagesimo tertio Mense Madij. die Vicesima eiusdem. sexte Indictionis Apostolica sede uacante. Quod presens concessimus scriptum. scripsi Ego predictus Thomasius curie predicti domini Archiepiscopi notarius. qui predictis omnibus interfui et meo signo signaui ».

✱ *Nos qui supra philippus salernitanus Archiepiscopus subscripsimus (a).*

(a) Arc. III. num. 203.

LA CUSTODIA DEL CASTELLO DI OLEVANO, ATTESI I TUMULTI E LE AGITAZIONI CHE AVEVANO LUOGO NEL REGNO, È DA FILIPPO TEMPORANEAMENTE TRASMESSA ALLE CURE DELLA REGIA POTESTA'.

XXVIII. Si è più volte fatto parola del diritto e dominazione della salernitana Chiesa su lo stato di Olevano. Ai di lei titolari quindi era sottoposto il castello ivi eretto e ad essi si apparteneva la cura di custodirlo. Ma eccitatisi dei tumulti e perturbazioni nel regno, e durando vivi ed animati, non si credette in circostanze l'arcivescovo Filippo di mantenerlo a proprie spese in quel modo e con quei mezzi che la condizione dei tempi richiedeva. Prudentemente determinossi perciò di cederne, fino a che continuassero quei tempi disastrosi, la facoltà di custodirlo alla regia curia, e si rivolse a tale uopo a Carlo Martello che nell'assenza del re suo padre sosteneva il governo del reame in grado di vicario. Accolta facilmente la sua petizione, vennero, a nome di esso principe, spedite nel marzo del 1291 colla data di Napoli delle lettere patenti che valessero di cautela e di titolo alla Chiesa predetta per riottenere, cessati i commovimenti, i diritti che cedeva temporaneamente. Rattrovandosi il re in Roma approvò e ratificò quello che erasi su tale oggetto stabilito, e nel marzo del 1295 emanò l'atto seguente — « Karolus secundus dei gratia Jerusalem et Sicilie Rex ducatus apulie principatus Capue prouincie et forcalquerii Comes - Tenore presentium notum facimus Vniuersis presentes licteras inspecturis quod per Venerabilem in xpisto Patrem philippum Salernitanum Archiepiscopum fidelem nostrum fuerunt in nostra Curia presentate quedam patentes littere Karoli primogeniti nostri dei gratia Regis Vngarie principis Salernitani ac honoris Montis Santi Angeli dominj et in Regno Sicilie Vicarij generalis facte olim. XII.º Mensis Martij III.º Indictionis nuper preterite antequam dicti Regni Vngarie titulum susciperet munite Sigillo Vicarie Regni nostri Sicilie quam tunc similiter de Mandato nostro



gerebat quarum tenor per omnia talis erat. Karolus Illustris Jerusalem et Sicilie Regis primogenitus Princeps Salernitanus et honoris montis sancti Angeli dominus ac eius in Regno Sicilie Vicarius generalis - Notum facimus Vniversis quod Venerabilis Pater dominus phylippus Salernitanus Archiepiscopus. Attendens quod custodia Castri Olibanj quod est sue Salernitane Ecclesie erat et est eiusdem ecclesie sumptuosa quod quia per eum Castrum ipsum ad presens propter expensarum defectum non poterat debita et necessaria diligentia custodire apud nos institit ut Castrum ipsum custodiendum per Regiam Curiam sub expensis ipsius Curie durante presentis turbationis tempore recipj sub custodia eiusdem curie mandaremus. Nos itaque consideratis situ et conditionibus dicti Castri quod proximum fore dinoscitur inimicorum conatibus in prouincia Principatus uidentes Regis Curie regiisque fidelibus illarum partium ad reipublice lustrum necessario expedire quod dictum Castrum custodiatur ad presens per Curiam cum omni uigilantia et cautela cum per eundem Archiepiscopum propter expensas multiplices quas ipsius custodia exigebat non poterat nunc diligenter prout presentis temporis qualitas exigit custodiri - Castrum ipsum ad instantiam ipsius Archiepiscopi sub custodia curie recipi fecimus custodiendum per Curiam ad expensas ipsius Curie huiusmodi Regni turbatione durante. Ita tamen quod Castellanus et seruientes qui in Castro ipso quo Mandato Curie morabuntur ipsius Castri Custodiam tantum gerant et de redditibus et prouentibus alijsque et Juribus ipsius Ecclesie debitis a Vassallis ipsius Ecclesie morantibus in tenimento seu circuitu dicti Castri et de ipsis etiam vassallis se nullatenus intromittant. Ideoque ad cautelam ipsius ecclesie presentium tenore recognoscimus et fatemur premissa omnia et singula uera esse ac promittimus pro parte Regie curie quod curia ipsa sedata turbatione predicta, restituet eidem Archiepiscopo aut successoribus suis, pro eadem ecclesia Castrum ipsum cum Armis existentibus in eodem, statutis per nos ad hoc per eundem Archiepiscopum uel suum

nuntium assignandis de quorum allarumque munitionum que inibi remanebunt assignatione et receptione fieri uolumus duopublica consimilia Instrumenta continentia quantitatem et qualitatem ipsorum particulariter et distincte, unum uidelicet penes Curiam, et aliud penes eandem ecclesiam conseruanda. frumentum autem quod inuenietur ibidem in ea quamtitate et qualitate in quibus ipsi curie assignabitur restituetur per eandem Curiam eidem ecclesie neapolitane uel salernitane. et quia idem Archiepiscopus quandam quamtitem vinj necessariam sibi sueque familie pro tempore more trahende inibi per eundem reponi fecisse se asseruit placet nobis quod idem Archiepiscopus uinum et uegetes de predicto Castro faciat extrahj et quo placuerit sibi transferri. dimissis in Castro ipso aliquibus uegetibus et aliqua quamtitate uinj pro seruiantibus dicti Castri. Vinum uero alieque munitiones que in Castro ipso per eundem Archiepiscopum dimittentur extimabuntur per probos uiros hinc in communiter eligendos. et ipsorum ualor de decima in qua Salernitana Ecclesia tenetur pro Regni defensione domino patri nostro. per regiam Curiam deducet. Uegetes insuper que inibi remanebunt restituentur per Curiam tempore restitutionis Castri predictae ecclesie memorate In cuius rei testimonium ad cautelam eiusdem Salernitane ecclesie presentes litteras nostras sibi exinde fieri fecimus, nostri Sigillj inpressione munitas. Datum Neapoli Anno domini M.º CC. XCI. die. XII. Mensis Martij. III.ª Indictione Itaque prescripta omnia per predictum primogenitum nostrum facta. et Archiepiscopo predicto pro parte ecclesie Salernitane premissa grata habentes et rata ea omnia et singula quarum acta et premissa sunt, et in prescriptis litteris continentur, ex cuncta scientia confirmamus et approbamus bene et utiliter fore facta. prefato Archiepiscopo dicte ecclesie nomine - tenore presentium promittentes ea omnia et singula firmiter obseruare attendere et complere In cuius rei testimonium et predicti Archiepiscopi et ecclesie sue cautelam presentes litteras fieri et pendenti Sigillo Maiestatis nostre Juximus comuniri Datum Romæ per

Bartholomeum de Capua Milltem Regni Sicilie prothonotarium  
et Magne nostre Curie Magnum Rationalem Anno dominj Mil-  
lesimo. CC.º XCV. die. VI.º Mensis Martij. VIII.ª Indictione  
Regnorum nostrorum Anno Vndecimo » (a).

DUBBIO CHE OFFRE L' ALLEGATO DOCUMENTO IN ORDINE  
ALLA SUA AUTENTICITA'.

XXIX. I tumulti e le agitazioni di cui si parla nel testè prodotto documento furono senza dubbio quelli che cagionati vennero dalla ribellione della Sicilia alla sovranità degli Angioini, ribellione che produsse non piccolo rimbombamento nelle provincie di qua del Faro, soprattutto dopo la prigionia di Carlo II accaduta nel 1284 e la seguita morte del padre che avvenne l'anno appresso. Alle mosse di quei di dentro sempre incostanti ed avidi di novità si aggiungevano i nemici esterni cioè i Siciliani e gli Aragonesi, formidabilmente armati a danno della casa di Provenza; ed in tali pericoli trovossi allora il regno che il sommo pontefice Martino IV dava subito a bali di esso Gherardo cardinal di Parma legato apostolico e il conte di Artois onde aiutassero l'infelice principessa Maria moglie di Carlo II nel governo, ed avessero cura di Carlo Martello primogenito che non aveva più di tredici anni. Ma eccoci in mezzo ad un bel ginepraio: si asserisce nel documento in parola che nel marzo del 1291, quando Carlo Martello spediva le lettere patenti per la cautela e sicurezza dell'arcivescovo, non aveva egli assunto benanco il titolo di re di Ungheria « antequam dicti regni Ungariæ titulum susciperet » or in qual modo può ciò conciliarsi con quanto affermano tutti gli storici ed annalisti che discorrono di tale avvenimento, mentre il fissano appunto nel settembre del 1290, secondochè si è anche da noi accennato di sopra? Risguarderemo forse come falso e suppositi-

---

(a) Arc. III, num. 200.

zio il documento? Non mi pare: tutte le altre note sono esatte, ed anche il dotto scrittore dell'Italia sacra quantunque non lo produca, ne fa cenno però e lo suppone autentico. Ecco le sue parole: « Huic Praesuli, parlando di Filippo, Carolus Siciliae Rex anno 1295 privilegium exhibuit, quo ratas habet, et confirmat Caroli primogeniti sui literas eas ad verbum inserendo, per quas ipse Carolus narrat Philippum Archiepiscopum, Regiae Curiae Castrum Olibani, durante bello custodiendum ejusdem Curiae sumptibus tradidisse, ideoque praefecto custodiae mandat, dum castrum custodit, Archiepiscopum super juribus tam subditorum, quam terrarum Olibani, ac montis Corbini, molestari ne sinat, et permittat illud integris rebus restituere. Alio privilegio insuper Romae eodem anno edito Carolus II rex indemnitatem custodiae Castrorum Olibani, et montis Corbini, dum bella geruntur promittit, atque illud Salernitanae Ecclesiae Philippo Archiepiscopo, ac successoribus restituere ». Non potrebbe esser forse avvenuto che per i cambiamenti occorsi, nel tempo istesso della coronazione di Carlo in Ungheria, dove alcuni potenti baroni proclamarono re Andrea III congiunto in linea trasversale col re defunto, non si credette allora cosa prudente che se ne arrogasse il titolo, e che assunse poi l'anno appresso per essersi le circostanze maggiormente convertite in suo favore? potrebbe questo, potrebbe qualche altro motivo essere occorso in tal faccenda. Ma come conoscere se veramente così sia ella seguita? basta forse questo sol documento o anche l'altro del 1292 a rendercene sicuri?... Io qui mi arresto, e desidero che da qualche valente erudito si imprenda a sciorre un tai dubbio da cui per deficienza di più fondate pruove non mi trovo io nella circostanza di svilupparmi agevolmente.

Adriano





**GIOVANNA DI PROCIDA**

*Da un quadro esistente nel monistero  
di S. Michele Arcangelo di Salerno*

LETTERA APOSTOLICA DI BONIFACIO VIII, COLLA QUALE CONCEDE A GIOVANNA, FIGLIA DEL FAMOSO GIOVANNI DI PROCIDA E RELIGIOSA DEL MONISTERO DI S. SPIRITO, LA FACOLTA' DI TRASFERIRSI IN ALTRA CASA RELIGIOSA CON INTRODURVI L'ISTITUTO DI S. CHIARA.

XXX. Era già passato a miglior vita Niccolò IV fin dall'aprile dell'anno 1292, e Celestino V che nel giugno del 1294 era stato innalzato a di lui successore si era spontaneamente dimesso dopo alcuni mesi di pontificato. Laonde copriva l'eccelsa soglia di Pietro Benedetto Gaetano col nome di Bonifazio VIII, eletto nella vigilia del santo Natale dell'anno suddetto e coronato nel giorno 16 di gennaio dell'anno seguente (1295), quando il famoso Giovanni di Procida autore principalissimo della sottrazione della Sicilia all'ubbidienza degli Angioini e del passaggio di quel regno al dominio degli Aragonesi (a), avanzò domanda al medesimo supremo ge-

(a) Dal 1282, epoca della introduzione del dominio degli Aragonesi nella Sicilia infino all'anno 1295, fu Giovanni ministro operosissimo di que're e consigliere influentissimo degli atti del loro governo: ma sul cadere del 1295, essendosi Giacomo d'Aragona piegato alle insinuazioni di papa Bonifacio di cedere la Sicilia agli Angioini, Federico che in assenza del fratello Giacomo governava quella regione, a malgrado de' tentativi mossigli dal papa per determinarlo a non opporsi alla detta restituzione, avendolo a quest'oggetto (accompagnato da Giovanni e da Ruggiero di Loira) (1), fatto venire

(1) *Che l'andata di questi due ministri della corte di Sicilia a Velletri, per ivi accompagnare l'infante don Federico, sia stata effetto di espresso invito del pontefice medesimo, risulta a chiare note dalla lettera dello stesso in data del dì 27 febbraio 1295— Eccone le parole: « Nostrae autem voluntatis existit, quod in tuo quem accelerari desideramus, adventu, Johannem de Procida, Rogerium de Lauria, et nuncios supradictos, ac nonnullos etiam probos viros de Siciliae partibus oriundos, ac plenum et sufficiens mandatum habentes ad omnia et singula, quae negotium contingere dignoscuntur, tecum habere non omittas: ut illis praesentibus in praedicto negotio utilius et efficacius, fuvante domino, procedatur ».*

rarea, per ottenere che una sua figlia che aveva l'istesso no-

nella città di Velletri dove ebbe luogo l'abboccamento, lungi dall'aderire al desiderio del pontefice, ritornato in Sicilia ne fu proclamato re, ricevendo nel dì 25 di marzo dell'anno seguente, nel qual giorno cadde la solennità della Pasqua, il regal diadema nella cattedrale di Palermo. A' consigli e maneggi di Giovanni fu principalmente attribuito questo clamoroso avvenimento, che rendeva frustranee tutte le promesse del re Giacomo e le speranze del papa. E fu egli, di fatti, che non appena assicurato dalla risposta degli ambasciatori mandati da' Siciliani al re Giacomo della di costui decisa volontà di dismettersi del dominio di quell'isola a favore dell'angioino, corse unitamente a Manfredi di Chiaromonte ed a Matteo di Termini nella città di Palermo, e presentatisi a Federico il persuasero a convocare senza perdita di tempo un generale parlamento, da cui attesa la disposizione degli animi abborrenti dal governo de' Francesi verrebbe infallibilmente dichiarato re, come realmente avvenne. Ma qual ricompensa ottenne Giovanni per tanto suo zelo spiegato per la causa degli Aragonesi? Per intrighi di corte si vide deposto dall'uffizio di gran cancelliere venendo eletto in sua vece Corrado Lan-  
cia, e riguardato dal pontefice qual ostacolo principale all'esecuzione del trattato col re Giacomo, fu, come afferma il Rainaldo (1), costretto dal medesimo di allontanarsi dalla Sicilia. Roma il rivide quindi tra le sue mure, al seguito di Costanza madre de'due re, e di Jolanda loro sorella destinata in moglie a Roberto terzogenito di Carlo e duca di Calabria, ed ivi rimasto dopo la conchiusione delle nozze, dava nell'anno 1299 termine a' lunghi e travagliati suoi giorni — Chi avesse poi curiosità di conoscere gli esimi pregi e qualità di un personaggio cotanto celebre e del vero carattere che e' spiegò in tutto il tempo della sua vita pubblica, legga il terzo volume della non mai abbastanza commendabile opera dell'eruditissimo Cav. De Renzi sull'Istoria della scuola della medicina salernitana, ove dopo di aver reso di pubblica ragione il trattato pria inedito delle massime morali di quel grande uomo, e ch'esiste manoscritto nella biblioteca di Parigi, piglia occasione di giustificarlo da tutte le impu-

(1) « Porro in suspicionem ( Papae ) adductus est Joannes Proci-  
da, ne qui fuerat omnium malorum incentor... ad pontificis volun-  
tatem non flecteretur, sed potius contra, Siculos exasperare videretur: quare postea a Bonifacio insula excedere jussus est ».



me di lui (a) e ch'era già ascritta tra il numero delle religiose del monistero di s. Spirito, di cui si è parlato a suo luogo, fosse trasferita in compagnia di altre claustrali che volessero imitare l'esempio della stessa in un altro monistero eretto in Salerno, sotto il titolo di s. Lorenzo *del monte Salernitano*. Si apparteneva allora quest'ultima casa religiosa all'ordine di s. Benedetto; ma giaceva in tale stato di squallidezza e desolazione tanto sotto il rapporto spirituale che materiale, da minacciare una prossima o totale dissoluzione e rovina. Il disegno della figlia di Giovanni pertanto era non solo di rimetterlo in una condizione di comoda abitazione religiosa con farvi tutte le opportune e convenevoli riparazioni, ma d'introdurvi la regola di s. Chiara da lei professata nel monistero di s. Spirito, desiderando perciò che rimanesse libero ed immune da qualunque giurisdizione degli abbati di Montecassino a' quali trovavasi sottoposto. In qual modo abbia il pontefice accolta una siffatta pia domanda, si rende manifesto dal documento che qui metto sotto gli occhi del lettore, e che vedesi contrassegnato coll'anno terzo del di lui governo sulla Chiesa universale — « Bonifacius episcopus servuus seruorum dei. Dilecto filio Landulfo san-

---

tazioni che aggravano di tinta sinistra la sua memoria, procurando specialmente di abbattere le asserzioni di C. de Cherrier ( *Histoire de la lutte des Papes et des Empereurs de la Maison de Souabe, de ses causes e de ses effets. Paris 1831 - Tom. IV. Pieces Justificatives N. III, pag. 524* ) e del conte Alexis Saint-Priest ( *Histoire de la conquete de Naples par Charles d'Anjou frere de Saint-Louis - Paris 1849, pag. 172* ) con mostrarlo, appoggiato a documenti irrefragabili ed a ragioni solidissime, false ed enormemente oltraggiose al merito ed alle virtù del grande Salernitano.

(a) Tre furono i figli di Giovanni procreatigli da Pandolfina sua moglie, Tommaso, Francesco e Giovauna di cui si parla nel documento. Così da un insigne manoscritto sulle illustri famiglie salernitane che si conserva da' signori Pinto di Salerno.

cti Angeli diacono Cardinali (a) Apostolicae sedis legato Salutem et apostolicam benedictionem. Dudum ex relatione dilecti filij nobilis Viri Iohannis de Procida et aliorum fidedignorum accepimus quod Monasterium sancti Laurentij de monte Salernitano ordinis sancti Benedicti ad Monasterium Casinense tunc pertinens pleno iure collapsum in spiritualibus et temporalibus existerat quodque ipsius officine ac edificia ruinam pro parte non modica minabantur. Quare prefatus Nobilis a nobis suppliciter postulavit ut monasterium ipsum reformari de ordine sancte Clare ac dilectam in xpi-sto filiam Joannam natam ipsius Nobilis de legitimo matrimonio procreatam Monialem monasterij sancti Spiritus Salernitani ordinis sancti damiani et decentem Sororum eiusdem ordinis sancti damiani et aliarum etiam numerum personarum uolentium regulam ordinis sancte Clare supradicte recipere, in eodem Monasterio institui faceremus. Nos autem predictum Monasterium sancti Laurentij salubris reformationis profectum per nostre prouidentie studium assequi cupientes ac attendentes quod per nobilis ipsius auxilium officine et Edificia supradicta reparari et refici poterant aliaque utilia eidem Monasterio sancti Laurentij multipliciter peruenire ac propterea ipsius Nobilis supplicationibus in hac parte fauorabiliter annuere intendentes, tibi per alias nostras sub certa forma commisimus et mandauimus litteras ut prefatum Monasterium sancti Laurentij de iam dicto sancte Clare ordine per te uel per alium seu alios auctoritate nostra reformans ac illud eximens ab omni iurisdictione potestate ac dominio.. abbatis ac personarum ipsius Casinensis Monasterij et ab ipso etiam Monasterio Casinensi nec non a lege diocesana Venerabilis fratris nostri.. Archiepiscopi et dilectorum filiorum Capituli Salernitani et a potestate iurisdictione atque dominio tam ipsorum Archiepiscopi et Capituli quam alte-

(a) Il cardinale, di cui qui si parla, apparteneua alla nobile famiglia Brancaccio napoletana; fu promosso da papa Celestino V nel sabbato de' quattro tempi di settembre dell'anno 1294.

rius cuiuscumque prelati ecclesiasticeque persone ita quod nec Archiepiscopus et Capitulum autedicti neque ijdem Abbas et persone prefati Monasterij Casinensis nec alia queuis persona prenomiatum sancti Laurentij Monasterium utpote prorsus exemptum uel Abbatissam et Conuentum ipsius aut personas eiusdem ordinis sancte Clare futuris ibidem temporibus domino seruituras interdicere suspendere uel excommunicare ualerent seu quocumque modo alio in sepefactum Monasterium sancti Laurentij ac membra et personas ipsius potestatem uel iurisdictionem aliquam exercere et si contra forte presumpsum existeret inane et irritum nuntiares dictisque Abbatisse et Conuentui ac illis que in Monasterio ipso eisdem succederent auctoritate nostra concedens in consecrationem ecclesiarum seu altarium Monasterij sancti Laurentij suprascripti Oleum quoque sanctum, benedictiones Monialium, uasorum et uestium aliaque sacramenta ecclesiastica impendenda Abbatisse et Conuentui eiusdem Monasterij sancti Laurentij que forent pro tempore possent a quolibet catholico Episcopo sedis apostolice gratiam obtinente recipere predictam Johannam et Conuentum decem uel duodecim Monialium quas tam prelibatus Nobilis quam Joanna prefata ducerent nominandas dum tamen ipse id uellent sponte subire instituere procurares sub eiusdem ordinis sancte Clare obseruantia perpetuo in dicto Monasterio sancti Laurentij domino seruituras eis ac illis que in eodem Monasterio ipsis succederent Monasterium ipsum cum omnibus suis domibus edificijs et officinis infra Salernitanam existentibus Ciuitatem in ius et proprietatem ac in usus proprios imperpetuum concedendo. Ceteri uero Prioratus, ecclesie, domus, edificia et officine quelibet, necnon grangie membra, possessiones, iura, iurisdictiones, redditus et prouentus aliaque bona que ad ipsum sancti Laurentij Monasterium pertinent sita extra Ciuitatem eandem, ac ipsorum iura et pertinentia prefato Monasterio Casinensi remanerent illesa et integra sicut prius - Postquam uero memorata Johanna cum eodem Monialium numero in



prefato Monasterio sancti Laurentij sicut predicatur statuendo esset ipsius Monasterij possessionem pacifice assecuta et tam ipsa quam Moniales predictae regulam profexe existerent memoratam, eis omnibus et singulis earundem ut possent nouitiatus tempore proferri qualibet constitutione seu consuetudine ipsius ordinis uel alia contraria non obstante liberam auctoritate nostra licentiam largireris, et postquam in eodem sancti Laurentij Monasterio esset ordinata clausura secundum instituta eiusdem ordinis sancte Clare prefatam Johannam proficeres in ipsius Monasterij Abbatissam, faciens sibi a suis subditis obedientiam et reuerentiam debitam exhiberi. Contradictores et rebelles per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendo. Volumus autem quod predictum Monasterium sancti Laurentij ac Abbatissa et Conuentus ac persone ipsius que forent pro tempore, subessent secundum instituta predicti ordinis seu regule sancte Clare dilecto filio nostro Matheo sancte Marie in porticu diacono Cardinali (a) Correctori, Gubernatori et Rectori eiusdem ordinis sancte Clare a sede apostolica deputato et alijs Romane ecclesie Cardinalibus qui secundum eiusdem sancte Clare regulam Correctores Gubernatores et Rectores fuerint ordinis supradicti. Verum sicut eiusdem Nobilis nobis patefecit assertio, auctoritate dictarum litterarum nostrarum ad hoc dumtaxat in huiusmodi negotio est processum quod uidelicet eidem Johanni prefatum sancti Laurentij Monasterium assigna-

(a) Questo cardinale apparteneva alla nobile famiglia degli Orsini ed era nipote di Niccolò III. Fu assunto alla dignità di protettore de' ff. Minori, dopo la celebrazione del capitolo generale in Assisi dell' anno 1279, quando cioè al cardinale Girolamo d'Ascoli fu dato per successore nel generalato fr. Buonagrazia. Avrebbero desiderato i religiosi che l'istesso pontefice avesse tenuta per sè la mentovata carica ad imitazione di Alessandro IV, ma avendo egli dichiarato che per quanto avesse inclinazione di soddisfare a tal domanda, il governo della Chiesa universale non gli permetteua di aderirvi, tutt' i voti concorsero nella persona del detto suo nipote.



stli. Quodque predicta Johanna cum quibusdam alijs Monialibus eiusdem sancti Damiani ordinis ac nonnullis secularibus et honestis mulieribus ad Monasterium ipsum se transtulit clausuram inibi faciendo. Cum autem predicta Johanna eiusdem Damiani regulam abolim ut dicitur profexa fuerit ac in eius obseruantia continue uixerit sitque in ea competenter instructa et etiam informata et propterea graue sibi quam plurimum et quasi importabile redderetur si sub ordinis institutis alterius eam decetero uiuere oporteret. prouidere super hoc de benignitate solita dignaremur. Nos igitur sollicita meditatione pensantes quod per auxilium prefati Nobilis ut premictitur multa poterunt peruenire utilia Monasterio sancti Laurentij supradicto, ac intendentes ipsi nobili super hoc facere gratiam specialem, dicte Johanne desiderijs uolentes benigne annuere in hac parte prefati nobilis supplicationibus inclinati discretioni tue auctoritate presentium commictimus et mandamus, quatinus prefatum sancti Laurentij Monasterium premissis omnibus nequaquam obstantibus iuxta ipsius ordinis sancti Damiani regulam per te uel per alium seu alios reformare ac eandem Johannam in Abbatissam et Conuentum decem uel duodecim Monialium ex illis mulieribus quas ipsa iam secum asseritur assumpsisse uel alijs honestis et decentibus ac id uolentibus in Moniales et sorores dicti Monasterij sancti Laurentij secundum predictam regulam sancti Damiani uirtutum Domino seruituras non postponas faciens ipsi Abbatisse a suis subditis obedientiam et reuerentiam debitam exhiberi. Contradictores per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendo. Ipsisque Abbatisse ac Monialibus Conuentui ac illis que in Monasterio ipso succedent, Monasterium ipsum cum omnibus suis domibus edificijs et officinis infra Salernitanam consistentibus Ciuitatem perpetuo in ius et proprietatem ac in usus proprios concedendo. Ceteri uero Prioratus, ecclesie, domus, edificia, et officine quelibet necnon Grangie, membra, possessiones iurisdictiones redditus et prouentus, aliaque bona

que ad ipsum sancti Laurentij Monasterium pertinent sita extra Ciuitatem eandem ac ipsorum iura et pertinentie prefato Monasterio Casinensi remaneant illesa et integra sicut prius. Predictum quoque Monasterium sancti Laurentij ac ipsius personas et bona presentia et futura in ius et proprietatem beati Petri et Apostolice sedis assumas ac illud eximas ab omni iurisdictione potestate atque dominio Abbatis et personarum prefati Monasterij Casinensis et ab ipso Monasterio Casinensi necnon a lege diocesana Venerabilis fratris nostri.. Archiepiscopi et dilectorum filiorum Capituli Salernitani et a potestate iurisdictione atque dominio tam ipsius ipsorum Archiepiscopi et Capituli quam cuiuslibet alterius prelati et ecclesiastice persone ita quod nec Archiepiscopus et Capitulum antedicti neque idem Abbas et persone prefati Monasterij Casinensis, nec alia queuis persona prenomiatum sancti Laurentij Monasterium utpote prorsus exemptum uel Abbatissam et Conuentum ipsius aut personas ipsius ordinis sancti Damiani futuris ibidem temporibus domino seruituras interdicere suspendere aut excommunicare ualeant seu quocumque alio modo in sepefactum Monasterium sancti Laurentij ac membra et personas ipsius potestatem uel iurisdictionem aliquam exercere. et si forsan contra presumptum extiterit irritum denunties et inane ac nullius existere firmitatis dictisque Abbatisse et Conuentui, ac illis que ipsis in Monasterio ipso succedent auctoritate nostra concedas, ut consecrationem ecclesiarum seu altarium Monasterij sancti Laurentij supra dicti, Oleum sanctum, benedictionem Monialium, Vasorum et Vestium recipere possint a quolibet catholico Episcopo sedis apostolice gratiam obtinente. Concedas in super predictis Abbatisse et Conuentui et que ipsis in Monasterio ipso succedent ac ceteris personis dicti Monasterij professis et Conuersis, ipsique Monasterio ut a collectis, tallijs, exactionibus, angarijs et perangarijs sint libera et exempta sicut sunt in hijs libera et exempta cetera Monasteria et persone ipsorum in Regno Sicilie constituta sedi apostolice immediate su-

biecta. quodque prelibate Abbatisse et Conuentus eiusdem Monasterij sancti Laurentij contra molestatores et iniuriatores ipsarum possint non solum spiritualis sed et temporalis etiam auxiliij brachium inuitare quotiens fuerit oportunum. Datum Rome Apud Sanctum Petrum Kalendis Martij Pontificatus nostri Anno tertio » (a).

COMMISSIONE DEL PREDETTO LEGATO APOSTOLICO FATTA AL VESCOVO DI CAPACCIO, PERCHÈ IN SUO NOME E VECE ESEGUISSSE LE DISPOSIZIONI CONTENUTE NELLA TESTÈ ALLEGATA LETTERA PONTIFICIA.

XXXI. « Venerabili in xpisto patri. . (b) dei gratia Episcopo Capudaquensi - Landulfus miseratione diuina Sancti Angeli Diaconus Cardinalis apostolice Sedis Legatus salutem in domino - Nuper a Sanctissimo patre et domino nostro. domino

(a) Da un documento del grande archivio della capitale apparisce, che Giovanna di Procida implorò ed ottenne dal re Carlo II il permesso d'inviar persone in Sicilia ad oggetto di conseguire dal suo padre mezzi e soccorsi per mandare ad effetto il religioso suo divisamento. Io lo riporterò sulla fede ed autorità del ch. Cavaliere De Renzi, cui è dovuto il merito di averlo trascritto dall'autografo e renduto di pubblica ragione nell'opera lodata tante volte — Eccolo « Scriptum est Guidoni de Alemannia militi Vicario Principatus etc. Supplicavit nobis Johanna de procida monialis Monasterii sancti Spiritus de Salerno ut cum in Monasterio Sancti Laurentii de Monte situ in eadem Civitate eidem moniali ab apostolica Sede concesso hedificari intendat et super hoc implorare auxilium Johannis de procida Patris sui mittendi in Sicilia ad dictum Patrem suum pro ipsius prosecutione laudabilis operis, sibi licentiam concedere dignaremur, cujus supplicationibus annuentes pia coadiuvantes proposita districte tibi praecipimus quatenus nuncio monialis ejusdem dum mandato sit talis in quem non cadat suspicio per tam predictam concedas licentiam in Siciliam transeundi prefigens ei terminum competentem infra quem abinde revertatur. Datum Neapoli per Magistros Rationales etc. die XII<sup>o</sup> Septembris VIII<sup>o</sup> indictionis » (1295).

(b) Il vescovo che reggeva nell'epoca di cui si tratta la chiesa di Capaccio era senza dubbio Giovanni, che nel 1294 era succeduto a Giberto, ed occupò la detta sede per lo spazio di anni 17.

Bonifacio papa VIII recepimus licteras in hac forma. Bonifacius etc. » Segue il tenore della intera bolla addotta precedentemente: dopo di che continua il legato nel modo seguente: « Et quia executioni mandati huiusmodi alijs occupati negotijs intendere non ualemus ad presens, paternitati uestre de qua fiduciam gerimus in domino pleniorum super premisis omnibus et singulis committimus tenore presentium totaliter uices nostras. Datum Neapoli IIII Nonas Maji Pontificatus eiusdem Domini Bonifacij pape VIII anno tertio ».

CONTINUAZIONE DEL LITIGIO TRA LA MENSA ARCIVESCOLILE  
E L'UNIVERSITA' DI OLEVANO.

XXXII. La controversia della mensa arcivescovile con l'università di Olevano, a malgrado della solenne decisione del vescovo di Ravello, rapportata a suo luogo (a), durava tuttavia in vigore nell'anno 1297. Si è, in fatti, osservato che per effetto di quella sentenza erano gli abitanti di Olevano astretti a demolire le macchine da olio da essi costruite in pregiudizio de' diritti della mensa, restando tenuti a far pestare i frutti de' loro olivi da' trappeti di quest'ultima, secondochè si era praticato per lo dinanzi. Avendo egli ricusato di conformarvisi ed essendosi proceduto alle pene canoniche da cui erano stati minacciati in caso di disobbedienza, ne avanzarono appello presso il legato Berardo dal quale aveva il vescovo di Ravello ricevuta la commissione. Il legato passò a miglior vita prima del risolvimento di questo affare ed a lui successe il cardinal Landolfo; e gli Olevanesi avendo fatto ricorso a quest'ultimo, egli, avvalendosi dell'opera di Raone vescovo di Ariano (b) ch'era suo generale

(a) Pag. 67.

(b) Dall'autore dell'Italia sacra questo vescovo di Ariano è conosciuto col nome di Raino (Raynus), e di lui parlando riferisce che « Arianensem regebat Ecclesiam an. 1300 quo a Capitulo Syponitino postulatus fuit Archiepiscopus, sed reluctantante Bonifacio VIII in hac sua remansit Ecclesia ad mortem usque etc. ».



uditore, dichiarò nullo ed indebito tutto il procedimento contro di essi. Fu nell' anno suddetto, che l'arcivescovo Filippo stimandosi leso ne' suoi diritti da siffatta sentenza se ne appellò al romano pontefice, e per mezzo di un tale Guidone Juncata canonico diacono della sua Chiesa fe' notificare questo suo appello al sunnominato uditor generale. Dimorava il medesimo in una casa appartenente a Niccolò d'Affitto in Napoli, ed in detta abitazione si recò il procuratore dell'arcivescovo unitamente a cinque testimoni ed al notaio che chiamavasi Giovanni Sparella. Da costui venne registrato l'atto in un pubblico documento ed è quello che trovasi segnato ne' termini come qui appresso — « **IN NOMINE Domini amen.** Anno dominice Incarnationis Millesimo ducentesimo Nonagesimo septimo - Indictione undecima - Pontificatus Sanctissimi patris et dominj nostrj dominj Bonifacij pape Octavj Anno tertio. Mense Octubris de secundo eiusdem. Ego Johannes Sparella Civis Neapolitanus apostolica auctoritate publicus Notarius presente puplico scripto notum facio atque declaro. Quod discretus Vir. Magister Guido Juncata Canonicus et dyaconus Cardinalis Maioris Salernitane Ecclesie procurator. yconomus. syndicus et actor ad hoc legitimus sicut dixit Reuerendi patris domini Philippi Salernitani Archiepiscopi ac Venerabilium canonicorum Capitulj Maioris Salernitane Ecclesie et eiusdem Ecclesie - Con. . . . Venerabilis patris dominj Raonis Arianensis Episcopi Causarum Reuerendi patris et dominj dominj Landulfi sanctj Angelj dyaconi Cardinalis apostolice sedis legati generalis auditoris - In mej predictj Notarij et testium Infra nominatorum ad hoc . . . et rogatorum presencia. Idem magister Guido. prefato domino Arianensi Episcopo et auditorj. quandam appellationem ostendit. legit et obtulit eidem in scriptis. Cuius tenor per omnia talis est. Die secundo Mensis Octubris - Vndecime Indictionis Neapoli Coram Vobis Reuerendo patre domino Raone Arianensi Episcopo. Causarum Sanctissimj patris et dominj dominj Landulfi sancti Angelj dyaconj Cardinalis apostolice sedis legatj generali auditore Con-

stitutus Ego Guido Juncata Canonicus et dyaconus Cardina-  
 lis maioris Salernitane Ecclesie procurator. yconomus. syn-  
 dicus et actor ad hoc legitimus Reuerendi patris dominj Phi-  
 lippi Salernitani Archiepiscopi - ac Venerabilium uirorum Ca-  
 pitulj maioris Salernitane ecclesie. et eiusdem Ecclesie dico  
 et propono pro parte predictorum Archiepiscopi. Capitulj et  
 Ecclesie. Quod Vos domine Episcopo et auditor asserendo quod  
 dudum - Venerabili in xpisto patre domino Archiepiscopo su-  
 pradicto significante Bone memorie domino Berardo Episco-  
 po penetrino tunc in Regno Sicilje apostolice Sedis legato.  
 quod Vniuersitas hominum de olibano Salernitane dyocesis.  
 et quedam subscripte speciales persone Vniuersitatis eiusdem-  
 Sibi et Ecclesie predictae cuius ipsi vassalli existunt super  
 quibusdam machinis et Trappetis de moliendis oliuis. nec non  
 et Jure machinandi seu moliendi oliuas in trappetis Archie-  
 piscopi et Ecclesie predictorum Inferebant Idem legatus bone  
 memorie - domino Tholomeo Episcopo Rauellensi per suas sub  
 ea forma ut dixistis dedisse dicebatur litteras in mandatis -  
 Vt Inquisita diligenter veritate si de plano et sine strepitu  
 Judicij sibj constaret de Intencione Archiepiscopi memoratj.  
 Vniuersitatem et personas easdem ad demoliendas machinas  
 et trappeta sua - nec non ad molendum oliuas suas in trap-  
 petis dictj Archiepiscopi et solvendum ei propter hoc certam  
 quantitatem olej cohartaret. Idem uero Episcopus Juris Re-  
 gulis non obtentis absque oblatione libellj. cuiuscumque li-  
 tis contestatione. ac alijs que in causis necessaria sunt omni-  
 no quantumcumque summarie procedatur in negotio ipso con-  
 tra Justitiam primo ad diffinitiuam contra Vniuersitatem et  
 personas predictas. Et demum quia eidem diffinitiuae prout  
 tenebantur non parebant. ad Interdictj in vniuersitatem et ad  
 excommunicationis in singulas personas sententiam ut dixi-  
 stis dicebatur processisse. Quare pro parte Vniuersitatis et  
 predictarum personarum ad legatum eundem extitit appella-  
 tum. Sed cum dictus legatus quondam domino Thomasio ab-  
 batj monasterij sancti Benedictj da Salerno causam appella-

cionis huiusmodi commisisset. Legatus ipse Antequam ad... processisset edictum viam exiit Vniuersitatis carnis ingressus. propter quod cause dicte remanserunt penitus Indecise. Tandem veniente predicto patre Sanctissimo Landulfo legato ad idem Regnum cum pleno legacionis officio. per Vniuersitatem et personas iamdictas - ad eum habitus est recursus. et diu ut dixistis Inter procuratores parcium - coram auditoribus caussarum curie eiusdem dominj super appellacionibus... altercatum. Et quoniam ut dixistis periculosum erat et quodammodo videbatur absurdum. quod Vniuersitas et persone prefate huiusmodi sententijs tenerentur astrictae a talj processu originem assumebant. deliberacionem prehabito prius ut dixistis ab eisdem personis corporaliter Juramento recepto et tam ab ipsis quam a syndicis Vniuersitatis eiusdem - sufficienter exhibita fideiussoria caucione de tando mandatis c. i. e. et satisfaciendo de omnibus quibus occasione premissa eisdem Archiepiscopo et Ecclesie Inuentj fuerunt se tenerj de Jure ut dixistis Interdictum huiusmodi in Vniuersitatem predictam ut dictum sit prolatum exigente Justicia relaxastis - ac supradictas personas in quas dicta excommunicationis sententia dicebatur lata fuisse - uestre ecclesie forma absoluistis. non attento quod re uera processum predictarum Relaxacionis Interdictj - et absolucionis ab excommunicationis sententia - absente non per contumaciam Archiepiscopo supradicto et partibus ecclesie et capitulj memoratj - ac nullo seruato Juris ordine nec obseruata Justicia pro vestre voluntatis arbitrio Indebite et ex abrupto fecistis. non ac tunc etiam. quod pro parte dictorum Archiepiscopi et ecclesie contra predictas Vniuersitatem et singulares personas - per personam legitimam apud acta dicte curie Inueniebatur exceptum quod dicte tenebantur casse et irritate nunciarij. et si que erant. remedio appellacionis Infringi. cum ipsi sicut dicebatur a dicto Episcopo ad predictum legatum antequam per ipsum Episcopum late fuissent sententie supradicte non erant nulle pronuntiande nec etiam Relaxande ex eo quod late erant in Vniuersitatem

predictam seu dictam terram Olibani et quemlibet specialium  
 predictorum tamquam fauctorum et principalium sceleris pro  
 manifesta offensa per Episcopum supradictum. Que manifesta  
 offensa Infra scriptum terminum fuit tunc legitime probata  
 per procuratorem legitimum Archiepiscopi et ecclesie predi-  
 ctorum. Quibus non actentis dictam manifestam offensam non  
 esse probatam pronuntiastis. et predictam sic Iniuste fecistis.  
 die Vicesimo tertio mensis Septembris primo poterit. Non ob-  
 stante quod predictae Vniuersitas et persone dictam appella-  
 tionem quam factam esse dicebat non fuerit infra debita tem-  
 pora prosequuta. De quibus Ego quj supra Guido Juncata no-  
 mine quo supra sciens me propter predictorum Archiepi-  
 scopi Ecclesie et capitulj - et ipsos Archiepiscopum. Ecclesiam  
 et capitulum de predictis. per vos domine Episcopo et audi-  
 tor Indebite et contra Justiciam agrauatos predictum vestrum  
 processum eodem nomine quo supra dico et propono ipso Jure  
 penitus esse nullum. et causas nullitatis ipsius in Romana  
 curia coram domino summo pontifice et deputando seu de-  
 putandis ab ipso Auditoribus suo loco et tempore dicere sum  
 paratus. Et Nichilominus si predictus vester processus est ali-  
 quis - exinde Infra debita tempora nomine et pro parte quo  
 supra ad Sanctissimum patrem et dominum dominum Boni-  
 facium papam Octauum et sedem apostolicam In hijs scriptis  
 appello et Instanter apostolos peto. Supponens me pro parte  
 predictorum Archiepiscopi Ecclesie et Capitulj Ratificantis omnia  
 et singula acta et obtenta per predictum Archiepiscopum in  
 premissis pro parte sua et dicte ecclesie in qua fuit et est  
 Capitulum supradictum. et ipsos Archiepiscopum Ecclesiam et  
 capitulum sub protectione predictorum summi pontificis atque  
 sedis predictae uero speciales persone sunt hec. Videlicet Ju-  
 dex Andreas de consa. Damianus dictus cauallerus. Guillel-  
 mus de spensa. Judex Johannes de dyano Johannes filius eius.  
 Johannes Judicis petrj. Gilius dictus cassarus. Gisinulfus de  
 Saporata. Thomas ferrarius. Matheus piczutus. Riccardus de  
 abenente. Matheus dictus Vitillus. et Petrus marrus de dicta

terra olibanj. Actum Neapoli in domibus Nicolaj de afficto Scalensis sitis in contrata portenoue quas detinet marcus hospitator. In quibus hospitatus est dominus Episcopus et auditor predictus presentibus Nobilibus et discretis Viris domino Petro brancacio dicto briel milite de platea Nidj Neapolitano. Johanne fabano de Amalfia. Abbate Riccardo mattia et Notario Matheo manganano de Salerno. Ac Religioso Viro fratre Johanne dicto lista de auro de Ebulo ordinis sancti Benedictj. testibus ad hoc specialiter vocatis atque rogatis.

Et Ego predictus Johannes Sparella Curie Neapolitane apostolica autoritate puplicus Notarius. predictae appellacioni facte et oblate domino Episcopo et auditori predicto per magistrum Guidonem Juncata predictum presens Interfui una cum testibus supradictis. et ea omnia Rogatus Scripsi. et in hac puplica forma. Redegi prout superius est expressum. ad cautelam ipsius magistrj Guidonis. ac Archiepiscopi. Ecclesie et Capitulj predictorum. Ipsaque meo consueto signo signauj » (a).

**MORTE DELL'ARCIVESCOVO FILIPPO, A CUI SUCCEDE GUGLIELMO DA GODORIO.**

XXXIII. Morì Filippo arcivescovo nell' anno 1297. Erroneamente dal Mosca vien confuso con Filippo Minutolo presule della metropolitana chiesa di Napoli, cessato di vivere nel 1301, e tumulato in un magnifico sarcofago eretto nella cappella gentilizia di sua famiglia sita nella cattedrale di essa città. Per altro, dall' antico catalogo dei sacri pastori salernitani, letto ed allegato a questo proposito da Bartolomeo Chioccarello, si apprende che anche il nostro Filippo si apparteneva alla nobile famiglia Minutolo napoletana: « Fuit, dice in fatti esso scrittore, et alius Philippus Minutulus, patricius pariter Neapolitanus, Salerni Archiepiscopus, qui hoc eodem fer-

(a) Arc. III, num. 204.

me tempore claruit, ut ex eius ecclesiae antistitum catalogo comperimus, cui quidem Salernitano Archiepiscopo perperam aliqui tribuunt inscriptionem sepulchri a nobis superius relalam (a), quamvis enim in eius inscriptione non exprimaturs quis Philippus Minutulus fuerit, Neapolitanus ne, an Salernitanus Archiepiscopus, attamen omnis ratio suadet, et compellit nos ad credendum Neapolitanum fuisse antistitem, quod firma etiam traditione comperimus, atque ex actis visitationis metropolitanae ecclesiae anni 1580 constat etc. » (b). Che se poi si domandi come sia avvenuto che mentre egli apparteneva a famiglia patrizia napoletana si trovasse investito della qualità di canonico di Salerno all'epoca del suo innalzamento ad arcivescovo di questa metropoli? a questa difficoltà non siamo nel caso di rispondere, mentre nè il Chioccarello nè altro scrittore che siaci finora caduto sotto gli occhi somministra alcun indizio a farlo con qualche apparenza di vero conoscere. Che però lasciando la cosa nella sua incertezza, rivolgeremo tosto la nostra attenzione sul soggetto che coprì il seggio rimasto vacante per la di lui morte — Pietro cancelliere di Carlo re di Napoli si fu colui appunto che eletto si vide dapprima ad occuparlo; ma avendo egli ricusato di acconsentire alla nomina fatta nella di lui persona, venne quindi scelto Guglielmo da Godorio cancelliere di Roberto duca di Calabria. L'una e l'altra elezione pertanto fu fatta per autorità di Bonifacio VIII, cui piacque di riservarla per questa volta a se medesimo, con dichiarare nullo e frustraneo qualunque procedimento avesse luogo intorno a ciò da parte del capitolo al quale si apparteneva per diritto ordinario la nomina de'suoi arcivescevi, come si è avuto motivo di rile-

---

(a) Ecce: MAGNANIMUS, CONSTANS, PRUDENS, FAMAQUE SERENUS,  
 PHILIPPUS PRAESUL MORUM DULCEDINE PLENUS  
 MINUTULUS, PATRIAE DECUS, ET FLOS ALTA PROPAGO,  
 HIC SILET, HIC TEGITUR, JACET HIC PROBITATIS IMAGO.

(b) « Antistitum praeclar. Neapolit. eccl. catalogus » pag. 139.

vare da parecchi esempi apportati antecedentemente. In prova poi di siffatte asserzioni esiste la lettera apostolica del predetto supremo gerarca, spedita per l'oggetto dalla città di Rieti e contrassegnata coll'anno quarto del suo pontificato. È la seguente — « Bonifacius episcopus seruus seruorum dei. Dilectis filiis Vniuersis Vassallis ecclesie Salernitane Salutem et apostolicam benedictionem. Summi prouidentia principis cuius ineffabilis potentie magnitudo caelestia pariter et terrena disponit - ordinat et gubernat sublimi culminis apostolici solio licet immeriti presidentes ad uniuersas orbis ecclesias presertim Cathedralibus titulis insignitas aciem considerationis extendimus et de ipsarum statu propensioribus studijs cogitamus. opem et operam impendendo sollicitam et apostolici fauoris auxilium adhibendo ut cum illas contingit pastoris gubernatione destitui eis ne prohec uacationis experiantur incomoda dispendijs pregrauentur. per nostram curiosam solertiam pulsus procul obstaculis et impedimentis quibuslibet eminus relegatis celeris prouisionis et utilis uotiuua celebritas illucescat. Dudum siquidem salernitana ecclesia per obitum bone memorie Philippi Salernitani Archiepiscopi pastoris solatio destituta nos intendentes sollicite prout ad nostrum spectat officium ad prouisionem salubrem et celerem ipsius ecclesie ne illam diutine uacationis damna contingeret experiri ecclesiam ipsam a die sue uacationis huiusmodi ordinationi et prouisioni apostolice sedis et nostre ea uice auctoritate apostolica duxerimus reseruandam. Decernentes ex tunc irritum et inane si secus de dicta ecclesia contra huiusmodi reseruationis nostre tenorem scienter uel ignoranter a quoquam contingeret attemptari. Et tandem ad personam dilectj Magistri Petri Cancellarij Carissimi in xpisto filij nostri Caroli Sicilie Regis Illustris - attente considerationis intuitum dirigentes - de ipso eidem Salernitane ecclesie de fratrum nostrorum consilio et apostolice plenitudine potestatis duximus prouidendum. eumque ipsi ecclesie in Archiepiscopum prefecimus et pastorem - curam et administrationem illius sibi spiritualiter et temporaliter committimus.

tendo. Sed postmodum eodem tempore prouisionem huiusmodi de se factam acceptare seu recipere recusante Nos eiusdem ecclesie quam speciali affectione prosequimur. . . dispendijs intendentes et considerantes. . . probitatis merita grandia quibus prout habet fama laudabilis et multorum fidedigna profitetur assertio - dilectus filius Magister Guillelmus de Godorio canonicus Caturcensis Cancellarius dilecti filij. . . Viri Roberti Ducis Calabrie Electus Salernitanus noscitur insignitus - cum in eo litterarum scientia - elegancia morum con. . . honestas - discretionis industria et aliarum. . . uirtutum dona concurrant de ipso Magistro Guillelmo predictae Salernitane ecclesie de fratrum predictorum consilio et eiusdem potestatis plenitudine duximus prouidendum ipsumque illi prefecimus in Archiepiscopum et Pastorem - curam et administrationem ipsius - eidem Electo in spiritualibus et temporalibus committendo habita fiducia quod dirigente domino Actus suos prelibata ecclesia per eiusdem Electi circumspectionis industriam dirigetur prospere in utrisque. Quocirca discretioni uestre per Apostolica scripta mandamus quatinus. eundem Electum deuote recipientes et honeste. . . eius salubribus mandatis et monitis utiliter intendatis et prestan. . . consueta exhibere seruitia et de iuribus ac redditibus sibi debitis - eidem respondere curetis ita quod ipse in uobis deuotionis filios reperisse letetur. . . gratiosum. Alioquin sententiam siue penam quam ipse propter hoc temporaliter et spiritualiter rite tulerit seu statuerit in rebelles ratam habebimus et faciemus auctore domino usque ad sanctionem condignam inuiolabiliter obseruari. Datum Reate V Nonas Octobris Pontificatus nostri Anno Quarto » (a).

---

(a) Arc. III, num. 205.



DIPLOMA DEL RE CARLO II, COL QUALE CONFERMAVA IL DRITTO  
DELLA CHIESA DI SALERNO DI PERCEPIRE DELLE ANNUE DECIME  
DALLA TERRA DI EBOLI.

XXXIV. Nell' aprile del 1299 non era Guglielmo fregiato ancora del sacro episcopale carattere. Perocchè in una disposizione a sue premure ed istanze data fuori in quell' epoca da Carlo II, non con altro titolo trovasi egli qualificato che con quello di eletto salernitano. Ma diciamo dell' oggetto della medesima — La Chiesa di Salerno vantava il legittimo diritto di percepire annualmente delle decime su di vari capi di rendita di spettanza dell' università o comune di Eboli e de' possessori di animali di essa terra, avendolo ottenuto da' precedenti reggitori della monarchia, i relativi privilegi de' quali non potevano in alcun modo riguardarsi come dubbj ed incerti. Ciò non ostante, facendosi forti quegli abitanti del credito ed autorità di Filippo da Tuziaco da cui dipendevano nella qualità di lor signore feudatario, ed imitando il suo esempio, si decisero di non più soddisfarle, opponendo delle cavillose difficoltà all' adempimento di tal dovere. Fu allora che l' eletto Guglielmo non sostenendo di vedere la sua Chiesa pregiudicata in sì incontrastabile dritto si rivolse al re Carlo, manifestandogli tutto l' occorrente ed esibendo alla di lui real curia i titoli che appoggiavano le sue domande. Esaminati e riconosciuti per legali ed autentici, non esitò il re ad emanare i suoi ordini diretti al sunnominato feudatario ed a' di lui vicari, uffiziali eccetera, co' quali proibiva agli stessi di recare o far recare ulteriormente molestie alla Chiesa di Salerno, cagionando che restasse ella priva del tributo delle decime che con tanta giustizia le si dovevano. Tale si è in breve l' oggetto ed il motivo dell' indicato documento; nè altro rimane che renderlo di pubblica ragione, il che eseguirò, trascrivendolo dalla sua pergamena esistente nell' archivio di cui principalmente mi avvalgo nella compilazione di queste memorie — « Karolus Secundus dei gratia Rex Jerusalem, et

Siciliae ducatus Apulie, et Principatus Capue, Prouincie, et forcalquerii Comes. Philippo de Tucziaco, Domino Terre Eboli; nec non Vicarijs - Camerarijs - Baiulis. platearijs aliisque officialibus suis, in eadem terra - presentibus et futuris, fidelibus suis, gratiam suam et bonam uoluntatem. In signum Vniuersalis Dominij eius qui dat omnibus omnia, ex diuina Institutione noscuntur, decime constitute, orrendum profecto, et multa censetur animaduersione plectendum, si per humanam fraudem, uel maliciam, in reddendis eisdem, cuiusquam dilacionis dispendium - uel subtractionis ingeritur. Sane Venerabilis Vir, Guillelmus Electus Salernitanus - Cancellarius ducis Calabriae - primogeniti nostri - Consiliarius et famularis noster nuper nobis exposuit quod cum olim Catholici Reges Sicilie, habentes ad Salernitanam Ecclesiam - Intime deuocionis affectum - dederint, concesserint, et donauerint, eidem Salernitane Ecclesie, decimas Baiulationis, platearum Tinte - et Celendre - ac de omni nutrimine animalium dominorum ipsius terre Eboli - percipiendas annis singulis - per ipsius Ecclesie presules - sicut per Priuilegia dictorum Catholicorum Regum nostre Curie presentata - euidenter apparet. Vos in reddendis et solvendis decimis ipsis difficultatem ostenditis - et illas ut de Jure tenemini soluere denegatis - in animarum uestrarum dispendium et dicte Salernitane Ecclesie Jurium non modicum detrimentum. Cumque supplicauerit super hoc sibi pro opportuno remedio prouideri - Nos pati nolentes, quod dicta Salernitana Ecclesia - ad quam gerimus et habemus intime deuocionis affectum - in suis Juribus decimarum ipsarum aliquatenus defraudetur fidelitati uestre ex certa nostra sciencia districte precipiendo mandamus. qualiter predictas decimas omnium dictorum Jurium - prefate Ecclesie ut producitur per Catholicos Reges concessas - annis singulis prefato Electo uel procuratori suo pro eo - nomine et pro parte dicte Salernitane Ecclesie iuxta tenorem Priuilegiorum ipsorum soluere et exhibere curetis. Scitur quod si in soluendis decimis ipsis, difficultatem aliquam ostendetis - Nos duplum illius quantitatis

pecunie animalium aut fructuum - in cuius exhibicione uel solucione defeceritis - ad quod vos ex nunc nostre Curie condepnamus. nec non expensas et dapna que Idem Electus incurret propterea et ad que restituenda et restauranda eidem uos ex nunc teneri decernimus - extorqueri a uobis - tam pro nostra Curia quam pro eodem Electo irremissibiliter faciemus. non obstantibus quibuscumque mandatis contrarijs Vobis officialibus per eundem Philippum factis. seu faciendis in posterum - sub quacumque forma uerborum - per que posset decimarum ipsarum solucio uel exhibicio - differri - diminui - uel aliquatenus impediri. cum Velimus uos per eundem Philippum - heredes seu successores suos propterea nullatenus molestari - set exinde presencium auctoritate protinus liberari: Presentes autem licteras postquam eas inspexeritis, transumpto earum ad uestri cautelam assumpto - apud prefatum Electum pro Cautela sue Ecclesie uolumus remanere. Datum Neapoli per Bartholomeum de Capua militem logothetam et Prothotarium Regni Sicilie, anno domini. Millesimo. ducentesimo. Nonagesimo. nono die secundo Mensis Aprelis duodecime Indictionis Regnorum nostrorum anno Quintodecimo » (a).

**GUGLIELMO È SCELTO DAL PAPA A FAR PARTE NELLA QUALITÀ  
DI SUO DELEGATO APOSTOLICO DELLA SPEDIZIONE DA DIRIGERSI  
CONTRA LA SICILIA, PER SOTTOMETTERLA AL POTERE  
DEGLI ANGIOINI.**

XXXV. Continuavano tuttavia le dissensioni fra la casa di Svevia dominante in Napoli, e quella di Aragona divenuta signora della Sicilia. Già si è fatto conoscere di sopra (b) come Giacomo secondogenito del re Pietro, innalzato per la morte di Alfonso suo fratello a re di Aragona e di Valenza, cedendo all'energiche premure di papa Bonifazio, si fosse già

(a) Arc. III, num. 206.

(b) Nella not. (a) della pag. 97.

convenuto con Carlo di cedergli la Sicilia; ma che i Siciliani, fortemente indignati per siffatto accordo, abbiano proclamato loro re d. Federico altro figlio di Pietro, lasciato dal suo fratello Giacomo a luogotenente di quel regno, scegliendo più volentieri di esporsi alle più gravi calamità e pericoli di guerre che di sottomettersi nuovamente all'abborrito governo dei Francesi. Or vani riusciti essendo tutti gli altri tentativi messi in opera per vincerli e domarli, si vide papa Bonifacio ricorrere alla risoluzione di indurre Carlo di Valois fratello del re di Francia a piombar loro addosso alla testa di formidabile armata. Nel settembre del 1301 era già questi penetrato nell'Italia, ed ottenuto dal pontefice in Anagni il titolo di conte di Romagna, di capitano della Chiesa e di signore della Marca di Ancona, passò attendendo la primavera a dimorare in Toscana. Mosse di là nell'aprile dell'anno seguente, e venuto in Napoli vi trovò un numeroso navilio di grosse galee, copiosa quantità di cavalli, ed i figli di Carlo II che congiuntamente a vari baroni e conti Francesi ed a molti fuorusciti guelfi ed individui dello stato pontificio erano già all'ordine per la partenza. Ma a tutti questi doveva anche unirsi l'eletto di Salerno, come quello che della qualità trovavasi investito di delegato pontificio per la detta spedizione. Nel giugno in fatti dell'anno suddetto fu emanata colla data di Alagni la lettera apostolica colla quale venne a lui addossato questo onorifico incarico, ed io la riporterò ricavandola dagli annali del Rainaldo che l'ha resa di pubblica ragione — « Bonifacius episcopus servus servorum Dei, dilectis filiis Guillelmo electo Salernitano, et Joanni de Camera canonico de Castro Bituricensis dioecesis salutem etc. Cum dilecti filii nobiles viri Carolus comes Andegavensis, et Robertus dux Calabriae primogenitus Caroli Siciliae Regis in Siciliae insula contra Fridericum natum quondam Petri olim Regis Aragonum, et Siculos, ac alios in insulam ipsam rebelles in varias contumacias et contemptus etc. progressi nuper magnifice dignoscantur, ul rebelles ipsi ad devotionem

et mandata ecclesiae reducantur, vos illuc accessistis cum eisdem; nos de vestrae discretionis et circumspectionis industria plenam fiduciam obtinentes, discretioni vestrae, ut insulas, civitates, castra, terras, et loca, ac rebelles praedicta, et alias quascumque personas quae in huiusmodi rebellionem fuerunt etc. possitis vos et quilibet vestrum, per vos vel alium auctoritate nostra ad mandata ipsa nomine nostro et ecclesiae praedictae recipere, ac omnes sententias excommunicationum, suspensionum et interdicti relaxare praestito a praedictis omnibus juramento, ac promisso per eos, quod super iis stabunt nostris et ecclesiae memoratae mandatis, et quod de caetero ad rebellionem ejusmodi non redibunt. etc. Anagninae IV Id. Junii pontif. nostri anno VIII ».

XXXVI. *Continuazione* — Dalla lettera apostolica allegata pocanzi risulta che all'eletto salernitano fu dato per socio nella delegazione Giovanni di Camera canonico della diocesi di Berri. Or fu costui che si assunse la cura di notificare l'oggetto della loro andata al cappellano maggiore della chiesa di Palermo, inviandogli copia di essa pontificia lettera ed accompagnandola colle seguenti parole: « Provido capellano majori Panormitanae Ecclesiae dilecto in Christo sibi, Joannes de Camera canonicus de Castro Bituricensis dioecesis salutem et sinceram in Domino charitatem. Discretionem vestram scire volumus quod venerabilis et discretus dominus Guillelmus Salernitanae ecclesiae, et nos a sanctissimo patre et domino nostro domino Bonifacio, divina providentia sacrosanctae Romanae ecclesiae summo Pontifice, cum omni devotione et reverentia recepimus literas in hac forma: Bonifacius etc. » Del rimanente l'esito della impresa non corrispose punto ai disegni ed alle speranze del papa e del rege napoletano; poichè, sbarcato il Valois in Sicilia ed occupata Termoli ed altri luoghi di poca importanza, corse sopra Sciacca nella costa meridionale dell'isola che cinse di stretto assedio, quando Federico non avendo forze da poter resistere in campagna aperta ricorse all'espedito di andare or

qua or là travagliando l'armata nemica e d'impedirle i mezzi di sussistenza. Energica ed ostinata si fu pure la difesa degli assediati, talchè si vide Carlo privo di quasi tutt'i cavalieri e di gran parte dei fanti, o uccisi o morti per malattie. Pericolosissimo era il suo stato, e bastava che Federico lo aggredisse per farlo prigioniero e dissipare totalmente i pochi ed infermi soldati che gli erano rimasti. Allora fu che pensò seriamente a trattar di pace col nemico, e col l'assenso di Roberto duca di Calabria che trovavasi insieme con lui spedì gli oratori, che disposto il trovarono ad accordarsi. Si abboccarono nel dì ventiquattro di agosto, e dopo lunga discussione si convennero, che a Federico resterebbe, finchè visse, la Sicilia col titolo di re di Sicilia o di Trinacria, che Carlo re di Napoli gli darebbe in moglie la sua figlia Eleonora, che il primo restituirebbe al secondo tutte le terre e contrade che possedeva al di qua dello stretto, ed il secondo cederebbe al primo tutte le conquiste da lui fatte in Sicilia, che da ambe le parti si libererebbero i prigionieri ecc. Il papa però, cui presentossi l'istesso Valois pregandolo a confermar la capitolazione, mostrò dapprima difficoltà a condiscendere: senonchè più posatamente riflettendovi s'indusse di scrivere benignamente a Federico dichiarandogli di non poter permettere l'esecuzione del trattato nel modo ch'era stato fatto senza manifesto pregiudizio della Chiesa; che quindi, ad oggetto di modificarne e riformarne le condizioni, inviava in Sicilia il sunnominato eletto di Salerno e con esso Uberto eletto di Bologna e Giacomo di Pisa suo familiare. Questa lettera del pontefice fu spedita nel giorno 6 di dicembre, e fra le altre espressioni conteneva le annotate quì appresso: « Praepara igitur cor ad bonum, spiritum rectum in visceribus innova, et nostris exhortationibus ac requisitionibus, quae profecto tua commoda sapiunt, te coapta, ut cum incremento favoris et gloriae statui tuo reparatio fructuosa proveniat, laeta pax odiorum ruinas impleat, et faciente pacis auctore restauret, quod amarum dissidium a longo jam

tempore mutilavit. Et quia mentis nostrae propositum in praemissis vivae vocis oraculum clarius et expressius exprimit, quam scriptura dilectos filios Guillelmum Salernitanum et Vbertum Bononiensem electos, ac nobilem virum Jacobum de Pisis familiarem nostrum ad te propterea providimus destinandos, quos tua nobilitas intuitu mittentis devote recipiat, patienter audiat, et relata per ipsos ad terminum votivae executionis adducat. Dat. Later. VIII Id. decembris anno VIII » (a). Seguiva altra lettera pontificia diretta a Guglielmo ed all'altro delegato; e con essa il papa commetteva loro di assolvere Federico da ogni censura in cui trovavasi incorso, ma a condizione, ch'egli fosse per sottomettersi alla di lui volontà intorno alla emendazione del trattato: « Adiiimus, erano quindi le sue parole, et expresse subnectimus, quod si Fridericus praefatus circa reformationem jam dictae pacis nostris requisitionibus et exhortationibus, quas sibi rationabiliter facimus, se finaliter non inclinaret, in praefatas excommunicationis sententias ipso jure sine facto hominis relabatur » (b). In fine concedeva facoltà a' medesimi di riconciliare colla Chiesa anche i Siciliani, i Catalani e gli Aragonesi che per aver aderito al parlito dei ribelli erano pure incorsi nelle canoniche pene (c). Che se poi si domandi qual esito effettivo abbia avuto tutta questa faccenda, diciamo in breve che Federico cedette in apparenza a' desiderî e voleri del papa, gli prestò per mezzo di suoi inviati il giuramento di vassallaggio, gli promise un annuo censo di tremila once d'oro, si obbligò di corrispondergli cento lance ad ogni di lui richiesta, accordogli il diritto di far trasportare grani dall'isola, dichiarò di volere interamente restituire i beni ecclesiastici e contentossi del titolo di re di Trinacria

(a) Apud laud. Rainald.

(b) Questa lettera è la settantesimaquarta del libro 5. V. il lodato autore degli annali ecclesiastici.

(c) Ciò colla lettera settantesimaquinta.

in vece di quello di re di Sicilia: ma, nota il Villani, che una tal convenzione non fu da parte sua che finta e simulata, come l'era stata quella precedentemente fatta col re Carlo.

DIPLOMA DI CARLO II RIGUARDANTE LA FIERA DI SALERNO,  
EMANATO PER ISTANZA DI GUGLIELMO.

XXXVII. Una delle prime imprese dell'eletto Guglielmo, reduce dalla sua spedizione in Sicilia, si fu quella di maneggiarsi presso del re Carlo per ottenere che il tempo accordato alla celebrazione della fiera di Salerno venisse aumentato di altri giorni. Ho fatto di sopra (a) conoscere che il re Manfredi primo institutore della medesima (b) ne fissò la durata

(a) Nel §. 416 della parte 2.<sup>a</sup>

(b) Nel luogo citato ho fatto menzione soltanto del privilegio di cui si tratta, or prendo quì motivo di allegarlo stesamente, avendolo ricavato da un pregevole volume manoscritto che si conserva dal culto mio amico d. Francesco Cerenza di questa città, e da cui ho anche desunto l'altro privilegio del re Carlo II che fa parte del testo — « *Manfredus Dei Gratia Rex Siciliae. Notum quam Reges, et Principes debitum honoris applicant, titulum laudis accumulunt, et exemplum suae magnificent dignitatis, dum Ciuitates incolunt, et Vrbes insigniunt honoribus congruis, et priuilegijs postulantes; ex ijs quidem Ciuium adangetur deuotio, fitque fidelium grata subiectio, et subditorum ad obsequia promptior efficitur gratitudo, ea propter notum fieri uolumus per praesens priuilegium, Vniuersis praesentibus et futuris, quod cum per Joannem de Procida dilectum socium familiarem, ac fidelem nostrum pro parte sua, et Vniuersitatis Salerni nostrorum fidelium, Nostrae fuerit Celsitudini supplicatum, ut de nostrae liberalitatis gratia in Ciuitate nostra Salerni semel in anno Generales Nundinas fieri concedamus, in quibus ex diuersorum concursibus populorum glorificetur Magnificum nomen nostrum, et Ciuitatis ipsius, Ciues, et Incolae honorem, ac multa exinde commoda sortiantur. Nos ad supplicationes eorum, quos utpote benemeritos, et iugiter ad seruitia nostra paratos libenter audiuimus, et libentius exaudiuimus benignius inclinati, cum Civitatem eandem, utpote Praeuiaciae speculum, et Regionis praecipuam et fidelem no-*



di soli giorni otto. Avrei dovuto aggiugnere che sebbene attualmente incominci ella dal dì 21 di settembre, festa del s. Protettore, secondo il privilegio del summenzionato re esso giorno segnar ne doveva il fine e compimento, dovendo cessar collo stesso tutte le immunità e franchigie concesse ai negozianti. Or siccome da ciò proveniva, che questi ultimi per badare all'incassamento delle loro merci onde non trovarsi in pericolo di andar soggetti alle tasse e diritti di dogana, non potevano attendere agli atti del culto e venerazione verso del detto santo, nella solennità che si faceva in suo onore, ed in tal modo rimaneva ella priva di quella pompa e splendore che nasce dalla frequenza di un popolo non già distratto da moleste cure e faccende ma devoto ed ossequioso; ad oggetto di ovviare in appresso a siffatto inconveniente, Guglielmo al predetto re si rivolse, supplicandolo che con suo editto allungasse di altri giorni lo spazio assegnato per la fiera predetta affinchè il dì lei termine cadesse in un dì diverso dalla festa del santo patrono. Quale risultamento abbia avuta la sua petizione si fa chiaro dal documento che

---

*strae in omnibus Maiestati uolimus in hijs, et multis maioribus decorare, de nostrae benignitatis gratia speciali eis duximus concedendum, ut infra mensem Septembris, sub titulo Beati Matthaei Apostoli, patrocinio inde, et meritis ipsa Ciuitas conseruetur ad honorem, et fidelitatem nostram generales Nundinae annuatim octo diebus ante per totum diem festum ipsius Apostoli continue numerandis libere, sine doghana, et omni alio Jure, quocumque nomine censeatur per Curiam nostram nullatenus exigendo, tam per ipsos ciues, quam per populos undique concursiuos debeant ulterius in foelix et bonum auspiciu ordinari et manuteneri, et sub nostra securitate in perpetuum celebrari. Ad huius autem gratiae nostrae memoriam, et robur perpetuo ualiturum; presens Priuilegium per Magistrum Vitalem de Auersa Notarium et fidelem nostrum fieri, et sigillo nostrae Maiestatis iussimus communiti. Datum Luceriae per manus Gualterij de Oria Regnorum Hierusalem, et Siciliae Cancellarij; Anno Dominicae Incarnationis Millesimo, ducentesimo, quinquagesimo nono, mense Madij Indictionis 2.<sup>o</sup> ».*

segue: — « Carolus secundus Dei gratia Rex Hierusalem, Siciliae, Ducatus Apuliae, et Principatus Capuae Prouinciae, et Forcalquerij Comes. Vicarijs Principatus et Straticotis Salerni, nec non Secretis, Vice-Secretis, Cabellotis, Baiulis, Platearijs, Passagerijs, Camerarijs, Castellanis, et Officialibus huiusmodi, coeteris quacunq[ue] distinctione notantur presentes literas inspecturis tam presentibus, quam futuris fidelibus suis gratiam suam et bonam uoluntatem. Ad reuerentiam Dei, et Beati Matthaei Apostoli, nec non petitionem, et preces Venerabilis Viri. Magistri Gulielmi Dei Gratia Salernitani electi Cancellarij Ducis Calabriae primogeniti nostri Consiliarij, et familiaris nostri dilecti, Salernitanis Ciuibus fidelibus nostris. Patentes nuper nostras concessimus literas subscriptae per omnia seriei. Carolus 2. Dei Gratia Rex Hierusalem et Siciliae etc. Tenore presentium notum facimus, quod circa concessas ab olim usquequoque seruatas, liberas, et immunes Nundinas generales rerum uenalium in Ciuitate Salerni singulis annis in foesto Beati Matthaei Apostoli duraturas scilicet octo diebus includentibus foestum ipsum, Venerabilis Magister Gulielmus Dei Gratia Salernitanus electus Cancellarius Ducis Calabriae primogeniti nostri dilectus Consiliarius, et familiaris noster asseruit, quod quia Nundinae ipsae uicis singulis in foesto dicti Apostoli desunt, et ipsorum octo dierum praeterito tempore finiuntur; Mercatores et alij concurrentes ad Nundinas ipsas, sic ad suas sarcinolas colligendas intendunt, ne nonus superueniens sequens dies, quo dicta non habet locum immunitas, eos intercipiat inhibi pro suis quas habent mercibus, soluturos, quod ad celebritatem Apostolici foestus tam celebris non uacant accedere, uel illud ut expedit uenerari, et sic ipsa celebritas ueneranda sollemnius nimis exigue frequentatur; unde fit, ut quod ob Reuerentiam praedicti Gloriosi Apostoli de Nundinis ipsis est gratiose concessum, quo magis et dignius accresceret Ciuitas ipsa compendijs, et Cathedralis ueneraretur Ecclesia, in qua beatum reconditur corpus eius, exitum habeat alium, quam optatum, sicque

pro ipsius honore Apostoli, et pro eiusdem electi supplicatione deuota in hoc oportunius providentes Nundinas generales easdem liberas siquidem, et immunes, ut olim, ultra dictos octo dies in duos alios foestum ipsum immediate sequentes annis singulis de speciali gratia, ex nostra quidem adiectione protendimus, et benignius ampliamus; sic ergo per haec ad ipsam uenerandam Matrem Ecclesiam Xpisti fidelium deuotio promptior, et ad colendum foestum Apostoli praedicti celebrius cum. . . praedictae postposita magis prona. In cuius rei testimonium praesentes litteras fieri, et pendentem Maiestatis nostrae sigillo iussimus communiri. Datum Neapoli per Bartolomeum de Capua Militem, Lochothetam, et Proth. Regni Siciliae. Anno Domini 1303. die 20 Augusti. Primae Indictionis, Regnorum nostrorum anno 19. Vobis ergo precepimus, ut ipsarum litterarum forma diligenter attentata, praedictam immunitatis et exemptionis nundinarum ipsam gratiam circa ampliationem illarum sicut, et circa prefatos dies octo pristinos, ut praefertur, observantes illesam, nihil contra illam poenitus attentetis; praesentes autem litteras reslitui uolumus praesentanti efficaciter in antea ualituras. Datum Neapoli per eundem Bartolomeum de Capua Militem, Lochothetam, et Prothonotarium Regni Siciliae. Anno Domini 1303. die 21 Mensis Augusti Primae Indictionis, Regnorum nostrorum anno nonodecimo. Reg.<sup>a</sup> in Cancel. Reg.<sup>a</sup> in Cam.<sup>a</sup> Reg.<sup>a</sup> penes Magistros Ac. Adest sigillum cereum pendens ex laqueo serici rubri, et crocei coloris ».

**ASSERZIONE DELL'UGHELLI IN ORDINE ALL'ANNO DELLA CONSACRAZIONE DI GUGLIELMO, COMBATTUTA DA UN DOCUMENTO DEL GRANDE ARCHIVIO DI NAPOLI.**

XXXVIII. Volendo uniformarci all'autorità dello scrittore dell'Italia sacra, dovrem dire che nell'anno istesso della emanazione dell'allegato privilegio di Carlo relativo alla fiera di Salerno, cioè nel 1303, sia stato Guglielmo da Godorio in-

signito del sacro carattere episcopale (a). Ma non possiamo in alcun modo aderirvi, dopo di aver conosciuto un documento del grande archivio, che mentre si appartiene all'anno 1304 (b) non con altro titolo lo contrassegna che con quello di eletto salernitano. È desso relativo al possesso dell'acqua detta dell'Anquillara che veniva da alcuni contrastato ed impedito alla mensa, ordinandosi agli stratigoti di Salerno di difenderla in questo suo diritto con servirsi di mezzi coattivi e di sottoporre a castighi gli autori delle vessazioni e molestie, se osassero di continuarle. Ecco in qua' termini trovasi compilato ed espresso —

« Scriptum est Stratigotis Salerni presentj et futuris. Venerabilis in Xp̄isto pater Guillelmus Salernitanus electus Cancellarius Roberti primogenitj nostrj ducis Calabriae ac in Regno Siciliae Vicarij Generalis Consiliarius familiaris et fidelis noster dilectus nostre nouiter exposuit Maiestaltj quod cum Ecclesia Salernitana iuste ac rationabiliter tenuerit et possederit hactenus et nunc teneat et possideat in territorio et pertinentijs Salernj quendam Aquam que dicitur de Anquillaria nonnullj eundem Electum et prefatam Ecclesiam Super possessione Aque predictae turbant indebite ac multipliciter inquietant. Super quo nostra provisione petita fidelitatj vestre precipimus firmiter et expresse quatenus si premissa veritate nituntur, cum personis Stratigote prefatum Electum, Ecclesiam Salernitanam ac quoscumque alios eorum nomine possidentes in ea possessione dicte Aque in qua sicut inueneris ipsos esse Iusti fauoris presidio manteneas et defendas cohibiturus nihilominus prefatos turbatores et molestatores per penarum impositionem et exactionem si inciderint in easdem et alia

(a) Più grave si fu l'abbaglio in cui cadde il canonico Mosca, con aver fissato l'anno 1303 per quello della nomina ed elezione del prelado di cui si parla.

(b) Nel documento non si legge, per vero, l'anno dell'era volgare, in cui fu emanato, ma si indica soltanto l'indizione. Ma che all'indizione che vi si indica, cioè alla seconda, dovesse corrispondere l'anno 1304 non vi ha erudito che nol ravvisi.

Juris remedia oportuna quod a predictis molestijs et turbacionibus penitus respiscant de quarum penarum impositione fieri facias duo publica Consimilia Instrumenta quorum Vnum tibi retineas et aliud eidem Electo uel procuratori suo facias assignari - Ut si contineat turbatores et molestatores eosdem in penas incidere memoratas exinde probatio sit in promptu Vos quoque alij successiue futuri quamdiu eiusdem possessionis iusta causa durauerit manuteneatis et fauorabiliter defendatis eosdem. Presentes autem litteras post oportunam inspectionem earum restituj uolumus presentantj efficaciter in antea ualituras. Datum Neapoli per N. f. de Rauello etc. die III<sup>o</sup> Junij II Indictione ».

**DUBBIO CHE INSORGE: SE GUGLIELMO SIA STATO MAI CONSACRATO ?  
ED EPOCA DELLA DI LUI MORTE.**

XXXIX. Dopo ciò, ragionevolmente sorge la difficoltà: se Guglielmo sia stato mai fregiato della episcopale consecrazione? L'Ugelli nel rapportarla all'anno 1303 non si valse, per quanto evidentemente apparisce, che di soli argomenti negativi. *Ne' registri napoletani, dic' egli, de' tempi di Carlo II, viene il medesimo rappresentato come eletto perfino all'anno 1303, e quest'anno precisamente fu il primo della di lui consecrazione e non già dell'elezione come erroneamente pretendeva il Mosca* (a). Ma che avrebbe egli detto se avesse avuto conoscenza del documento allegato pocanzi? Lo avrebbe forse creduto qual pruova per ravvisare la consecrazione di cui tratta come avvenuta o nell'anno 1304 o in qualche anno susseguente? Ognuno ben vede quanto effimero e fallace sarebbe slato il suo ragionamento; e giova anzi supporre che fatto allora accorto dell'errore ché si commette quando si deducono da pruove puramente negative conseguenze affermative, si sareb-

(a) « Idem electus memoratur usque ad annum 1303 in regesto Neapolitano regio Caroli II, quo primus annus ejus consecrationis fuit non electionis, ut male scribit Musca ».

be astenuto dal profferire alcun positivo giudizio, riguardando la cosa come incerta e dubbiosa. Questo si è appunto il caso nostro; imperocchè al documento del 1304 non abbiamo che aggiugnere che sia relativo a' fatti di Guglielmo, per poterne ricavare qualche indizio valevole a chiarire in alcun modo la difficoltà: e però ci è permesso di affermare soltanto che fino all'anno 1304 non sia egli stato insignito del carattere episcopale, ma che se lo abbia oppur no ricevuto in appresso ci sia del tutto ignoto. Non ci rimane adunque se non che di parlare dell'epoca della sua morte. Dal lodato autore dell'Italia sacra vien ella fissata nel 1306 dopo otto anni del di lui governo sulla Chiesa salernitana. Non abbiamo cosa da contrapporgli riguardo a questo punto, se non che l'osservazione, che dovette tal morte aver luogo piuttosto qualche tempo innanzi, val quanto dire verso gli ultimi mesi dell'anno 1305, mentre da' registri del vaticano consultati ed allegati al proposito dallo scrittore medesimo costa, che il successore di Guglielmo ottenne il suo grado precisamente nel mese di gennaio del primo degli anni suddetti.

#### GUIDONE DI COLOMEDIO O COLEMEDIO SUCCESSORE DI GUGLIELMO.

XL. Di questo personaggio niente altro sappiamo se non quanto ne dice Ughelli, che come si è testè accennato attinge le notizie intorno a lui da' registri del vaticano. Adunque limitandoci a quel che ne ha scritto esso autore, riferiamo soltanto che prima di divenire arcivescovo di Salerno era Guidone vescovo di Cambrai ne' paesi bassi, che il passaggio dall'una all'altra sede accadde nel giorno 30 di gennaio dell'anno 1306 e fu operato per autorità di Clemente V, in fine che nell'istesso anno del suo innalzamento alla nuova sede dette termine alla sua vita nella città di Avignone, dove allora dimorava (a).

(a) « Guido da Colomedio vel Colemedio Italus an Gallus fuerit nescitur ... ex Cameracensi Episcopo a Clemente V traductus est ad

## BERNARDO III SUCCESSORE DI GUIDONE DI COLOMEDIO.

XLI. Più copiose son le notizie che si hanno intorno a Bernardo che occupò la sede di Salerno dopo la morte di Guidone. Imperocchè oltre a quel che ne riferisce l'autore dell'Italia sacra cioè ch'era precedentemente canonico della metropolitana chiesa di Napoli, che la sua promozione alla dignità arcivescovile ebbe luogo nel giorno 3 di giugno dell'anno 1306 e che, in fine, governò sino all'anno 1309, ultimo di sua mortal carriera; esiste un nobile documento dell'archivio della mensa, da cui si rileva che fu egli appunto che vide posto termine alla controversia la quale si agitava da più tempo tra la Chiesa di Salerno e lo stato di Olevano. Fu di fatti, per istanza del medesimo, che il principe Roberto figlio del re Carlo II e di lui vicario generale ordinò con suo particolar rescritto al regio giustiziere del principato (a) di mettersi in mezzo alla riferita quistione e di procurarne la conclusione finale. Ruscì poi questa del tutto

Salernitanam Ecclesiam anno 1306 II Kal. Febr. ut comperimus ex Epistola regest. Vatic. fol. 169 anni primi Clementis. Non diu Pontifex fuit, eodem anno Avenione defunctus ». Sulle parole « Italus an Gallus fuerit nescitur, così nota l'abate Lucenzo, Hunc sane Gallum puto e Colomeria oppido, vulgo Colomiers in Bria regione. Pauca de hoc Guidone recitant Sammarthani in Gallia Christiana, nec advertunt translatum fuisse ad hanc » cioè alla Chiesa di Salerno.

(a) Erano i giustizieri magistrati che amministravano la giustizia nelle provincie, le quali perciò erano anche distinte col nome di giustizierati, siccome ne' tempi de' Longobardi si dicevano gastaldati dai gastaldi che le governavano. La loro origine è da ripetersi da' Normanni, sotto la dominazione de' quali accadde che sovente una provincia era diretta da due giustizieri, e ciò ebbe luogo anche sotto gli Svevi. Fu Federico II che stabillì definitivamente non dovere ciascuna di esse averne che un solo, e questo sistema fu esattamente ritenuto dagli Angioini. Il loro nome venne ne' tempi posteriori cambiato con quello di presidi. V. l'avvocato Giannone nel cap. 6 del lib. XI della sua Ist. Civ.

consentanea a' desiderî dell'arcivescovo, imperocchè non appena si videro gli Olevanesi costretti a dichiarare i motivi delle loro opposizioni davanti alla curia del giustiziere, rientrati in loro medesimi rinunziarono a qualunque ulteriore litigio, confessarono la loro dipendenza dalla Chiesa salernitana riconoscendola per loro signora e patrona, e domandarono di volersi bonariamente sottomettere a chi la rappresentava e reggeva. Al quale intento elessero quattro individui, commettendo agli stessi di presentarsi all'arcivescovo e di pienamente sottoporsi in nome di tutta l'università al di lui arbitrio, volontà e risoluzione, con protestare che avrebbero per rato e per fermo tuttociò che tra esse parti vorrebbe accordato e deciso. Si è questo l'oggetto del citato documento; non rimane che renderlo di pubblica ragione — « In Nominè Dominj Dej Eternj et Salvatoris nostri Jesu xpisti Anno ab incarnatione eius Millesimo Tricentesimo septimo, Regnante domino nostro Carlo secundo, Dei gratia Gloriosissimo Rege Jerusalem et Sicilie, ducatus apulie, principatus capue, prouincie folcarquerij ac pedimontis Illustrissimo comite. Regnorum suorum Anno Vicesimo terciò feliciter amen. Mense februarj die quintodecimo eiusdem. quinte Indictionis apud olibanum ante domos curie eiusdem terre olibanj. Nos Corradus de abinente - Et Rogerius longobardus eiusdem terre Olibanj Judices Nicolaus publicus eiusdem terre Notarius, et testes subscripti ad hoc specialiter vocati et Rogati presenti scripto puplico Notum facimus et testamur. quod contencione et controversia subortis diucius, Inter Maiorem salernitanam ecclesiam, et pastores diuersos ipsius. qui pro temporibus Retrohactis fuerunt in eadem ecclesia. et ad presens Inter Reuerendum in xpisto patrem et dominum dominum Berardum Venerabilem confirmatum Electum (a) ecclesie pre-

(a) Non era egli adunque munito ancora dell'episcopale carattere all'epoca della compilazione di questo documento. E quando fu che lo ricevette? — Dovrà per avventura di lui dirsi quel che si è esposto in ordine a Guglielmo suo predecessore? . . .



libate ex una parte et Vniuersos et singulos homines dicte terre olibanj, ecclesie predictae uaxallos ex altera, super eo quod dicti homines pretendebant habere debere et posse habere Montana in eorum domibus proprijs, ad molendum eorum oliuas sine aliquo Jure moliture ecclesie prelibate prestando, pro parte dicte ecclesie ex aduerso opposito quod In dicta terra olibanj, et suis pertinencijs, nullj seu nullus de eadem terra, uel alius posset montana habere ad faciendum, seu molendum oliuas, propter quam ecclesia supradicta in cuius ecclesie montanis in dicta terra olibanj extantibus homines omnes et singulj de eadem terra debent molere et molj fieri eorum oliuas, septima parte olij. Inde proueniente dicte salernitane ecclesie tribuenda et mota exinde nouiter questione coram Viro Egregio domino lafronirdo milite, Regio Justiciario totius principatus specialiter rescriptum excellentissimi domini, dominj Robberti primogeniti Illustris Jerusalem et sicilie Regnorum ac eius In regno sicilie Vicarij generalis, eidem domino Justiciario per litteras predictas destinatum ad petitionem et Instanciam domini Electj prefati - ad uocem preconis Vniuersitas predicta terre olibanj supradicto die quintodecimo februarij se Vnanimiter more solito constituit. dispositura super eadem questione qualiter erat providendum in ipsa et dum eadem Vniuersitas ad conscientiam Vestram reddita et deum habendo pre oculis, nollet inde contencionis subire Judicium, cum predicto domino Electo et dicta Salernitana ecclesia eius domina, et patrona, set radicatus inde uellet transire cum ipsis, et cum deuotione totalj eadem Vniuersitas, pari uoto et concorditer Elegit, fecit statuit, et ordinauit suos Uiros, syndicos, procuratores et nuncios specialiter Judicem deumiludum, Ricardum de calenda, Judicem Ricardum de habinando et petrum de madio. Concines eorum de melioribus, fidentioribus, et subficientioribus Vniuersitatis Jam dicte presentis, et onus ipsum uoluntarie subsequentes quemlibet eorum Videlicet in solidum, ita quod non sit melior condicio occupantis, et quod Vnus eorum Inceperit, alter uel eorum alter

prosequi ualeat et finire. ad presentandum se nomine et pro parte dicte Vniuersitatis, coram predicto domino Electo domino nostro et predictas contencionem, et controuersiam. Inter se, et eundem dominum Electum, ac predictam salernitanam ecclesiam ortas, de montanis predictis ut supra exponitur alte et basse ponendis et submitendis pro parte et nomine Vniuersitatis prefate, arbitrio, diffinitionj et uoluntatj domini Electj prefati. nec non et audiendum predictum arbitrium, diffinitionem, et uoluntatem, prout ei placuerit, a domino Electo prefato - et de inde ab ipso domino Electo petendum, et recipiendum. quod pro dicta Vniuersitate, siquam gratiam sibi placuerit super hijs facere Vniuersitati predicte. cum totum aliud Jus, quod dicte Vniuersitati generaliter, et specialiter spectat super causa predicta eadem Vniuersitas commiserit per predictos suos syndicos, procuratores, et nuncios speciales cedi, et Remitti, sollempniter dicto domino electo, et sue ecclesie supradicte, contemplatione eorum dominij et honoris. et ad faciendum exinde, omnem cautelam, que preuidebatur facienda - de consilio sapientum. promittens et fideiubens, dicta Vniuersitas, pro predictis suis syndicis, procuratoribus, et nuncijs specialibus, firmum, gratum, et Ratum habere, quicquid ipsi Sindici, procuratores et nunciij, pro parte et nomine dicte Vniuersitatis promittent, pro se, et dicta sua salernitana ecclesia facient, et complebunt. de predictis inpredict, et quolibet eorundem. Subypotheca dicte Vniuersitatis Bonorum et cuiuslibet de Vniuersitate eadem, me supradicto Notario, Nicolao tamquam persona publica hoc ab eadem Vniuersitate, et quolibet de eadem Vniuersitate, pro parte quorum, et cuius Inter est et Inter esse poterit, ac Intererit, aput predictos Iudices, et testes, Recipientes - sollempniter et legitime stipulante. In quorum omnium testimonium, et tam dicti dominij electj, et predicte sue salernitane Ecclesie, quam omnium s... aliorum, quorum Inter est, et Inter esse poterit, et Inter erit, cautelam, presens publicum Instrumentum, ex inde factum et per manus mei pre-

dicti Nicolaj puplici olibanj Notarij, Signo meo solito, Siggillis et subscriptionibus, nostrum qui supra Judicum, et subscriptoꝝum testium, qui predictis Interfuerunt, subscriptionibus Roboratum. Anno. mense. die et Indictione predictis. Quod autem superius abrasum et emendatum est legitur comite Regnorum suorum Ita alibj quintodecimo Ita alibj. . . Olibani Ita alibj procedebant Ita alibj pro non noceat pro autentico habentur cum per me predictum Notarium abrasum et emendatum sit non Vicio set errore anno mense die et Indictione supradictis - Quod scripsi Ego predictus Nicolaus puplicus olibanj notarius qui supradictis Interfui Rogatus et meo signo signauj ».

✱ *Ego Qui superius Corradus Judex*

✱ *Ego Qui superius Rogerius Judex*

✱ *Ego notarius Alferius testis sum*

✱ *Ego filippus frauaseus testis sum*

✱ *Ego abbas laurentius testis sum*

✱ *Ego Jaconus Iogerijs testis sum*

✱ *Matheus de domina Beacina testis sum*

✱ *Ego Guillelmus de expensa testis sum*

✱ *Ego Andrealus de Curto testis sum (a).*

NOTIZIA DI UNA CHIESA ESISTENTE NELLA TERRA DI ANGRÌ, SOTTO IL TITOLO DI S. GIOVANNI CHE DIPENDEVA DAL CAPITULO DI SALERNO.

XLII. All'epoca del regime arcivescovile di Bernardo III son relative pure due regie lettere, emanate ad istanza di un tale Bartolomeo di Capua canonico cosentino. Vien questi rappresentato nelle medesime come possessore di una chiesa sotto il titolo di s. Giovanni esistente nella terra di Angri, e tal sacra magione è qualificata come dipendente dal capitolo di Salerno da cui il predetto Bartolomeo ricevuta l'aveva in com-

(a) Arc. III, num. 207.

menda (a). Le molte vessazioni ed inquietitudini ond'era molestato in ordine al godimento pacifico de' beni appartenenti alla stessa, i motivi si furono che lo indussero a chiederle ed implorarle; ed ecco i termini ne' quali veggonsi compilate ed espresse — « *Scriptum est Guillelmo de Coronato de Nuceria*

(a) Stimo qui cosa non inutile rammentare quel che della natura delle commende scrisse il valente canonista Carlo Gagliardi nell' aureo suo trattato « *de beneficiis ecclesiasticis — In commendam dare, vel conferre Ecclesiam idem sonat, quod eam custodiae, seu depositi causa committere alicui administrandam, donec de idoneo rectore provideatur; adeoq. commendatarius pro depositario, seu administratore, seu curatore, seu custode habeatur* » così egli — Che antichissimo sia stato l'uso di dare in commenda i vescovadi, le abbazie ed altre chiese inferiori risulta da molte lettere di s. Gregorio magno, da cui fu anche stabilito che colui il quale avesse ottenute due chiese, l'una ritenesse come titolata l'altra in commenda. Questo regolamento fu costantemente seguito da' posteriori sommi pontefici, come apparisce dalla decretale di Onorio III in cap. *dudum 54 de elect.* e poichè in appresso l'uso degenerar si vide in licenza, donde derivava che quelli che ricevevano le chiese in commenda non badavano di ordinario al vantaggio e decoro di esse ed al sollievo de' poveri, ma ad arricchire le loro famiglie ed a menar vita mondana e secolare, papa Clemente V nel terzo anno del suo pontificato dette fuori la famosa estravagante 2 de *praebendis in comun.*, colla quale tutte le sopprese ed abolì, con dichiarare formalmente il gravissimo danno che da esse proveniva « *Prospeximus evidenter, furono le sue parole, quod Ecclesiarum et Monasteriorum cura negligitur, bona et jura dissipantur, subjectis eis personis et populis spiritualiter plurimum et temporaliter derogatur, eisque redundant ad noxam, quae dicebantur cedere ad profectum* ». Se la costituzione di Clemente abbia o no pienamente sortito il suo effetto, e quale sia stata intorno a tal punto la disciplina ne' tempi susseguenti, non occorre qui ricercarlo: dirò soltanto che nel secolo decimoterzo e ne' primi anni del secolo decimoquarto, epoca delle due lettere prodotte nel testo, non si osservarono con tanta facilità e frequenza le commende de' vescovadi e delle badie, quanto quelle de' priorati, delle parrocchie ed altri benefici inferiori. Dal concilio lateranese II, celebrato nell'anno 1274, vennero proscritte e dichiarate nulle le commende perpetue delle chiese parrocchiali, vietandosi di concederle in avvenire se non a que' soli

militi Vicario terrarum Johannis et Petri filiorum nostrorum in nostra potestate sistencium fideli suo etc. Bartholomeus de Capua Clericus Canonicus Cusentinus sua nobis conquestione monstravit quod cum ipse teneat et possideat seu quasi possideat nomine Ecclesiae Sancti Johannis ad Angriam, de dicta terra nucerie, quam hactenus habuit et tenuit, et nunc habet et tenet a Salernitano Capitulo in commendam, bona stabilia et Jura spectantia ad Ecclesiam memoratam, Camerario Nucerie (a) et nonnulli alij Clericum ipsum procuratores Ministros, inquilinos et colonos ipsius super possessione seu quasi dictorum bonorum et Jurium turbant indebite et multipliciter inquietant non permittentes eis fructus redditus et prouentus ipsorum bonorum et Jurium percipere in eiusdem Ecclesie ac dicti Clerici preiudicium et grauamen. Super quo

che arrivati fossero all'età del presbiterato e per qualche urgente necessità o utilità della chiesa, senza che potessero aver la durata di oltre i sei mesi. « Nec nisi unam commendare praesumas, et evidenti necessitate vel utilitate ipsius Ecclesiae suadente. Hujusmodi autem commendam, ut praemittitur, licet factam, declaramus ultra semestris temporis spatium non durare » ma come avverte il Tomassino (*Vetus et nova Eccl. disc. de benef. p. II, l. III, c. XIX*), dopo l'anno 1500 ritornarono in campo. Non sappiamo se la chiesa di s. Giovanni d'Angri sia stata oppur no parrocchiale: ma se anche dovesse riconoscersi per tale, la proibizione del concilio lateranese II non fu quindi riguardata come impedimento perchè fosse ella ritenuta in commenda dal canonico cosentino.

(a) L'ufficio de' camerari era quello di incaricarsi de' dritti, esazioni, rendite e gabelle del regio fisco. Erano sottoposti al gran camerario uffiziale supremo di tutte le finanze, al quale perciò dovevano dar conto di tutta la loro amministrazione. Quantunque la origine degli stessi è da attribuirsi a' re Normanni, pure Carlo I.º d'Angiò si fu colui che meglio ne fissò i doveri e le competenze, aggiugnendo pure agli altri impiegati per detto oggetto i graffieri, il di cui uffizio era quello di scrivere e notare le partite o esatte o da esigersi, gli antigraffieri detti anche credenzieri cui si apparteneva di badare che non si commettessero frodi ed in fine i maestri degli arresti. V. il lod. autore della storia civile nel I. cit.

nostra provisione petita fidelitati tue mandamus expresse quatenus si premissa veritate nitantur prehominatum Bartholomeum procuratores et ministros ipsius super huiusmodi possessione seu quasi dictorum bonorum et Jurium, debitis auxiliis, et presidiis oportunis manuteneas et defendas, non permittens eos in illa per molestatores eorum donec ipsius possessionis iusta causa durauerit, indebite molestari quin immo illos quod a prefata molestatione desistant, per penarum impositiones et exactiones si inciderint in eisdem et alia Juris remedia efficaciter cohibeas et compescas, si uero dictus Camararius uel quiuis alius in bonis ipsis credit aliquod Jus habere illud non per iniuriam, sed per Juris legitimos tramites, si uoluerit prosequatur - Datum Neapoli per nicolaum Fricziam de Rauello etc. anno domini M.° CCCVI, die XV Junij III Ind.

« Scriptum est Judici Jacobo de Riso de nuceria fidei suo etc. Bartholomeus de Capua clericus Canonicus Cusentinus sua nobis conquestione monstrauit, quod cum ipse Ecclesiam sancti Johannis ad Angriam de dicta terra nucerie abhactenus habuerit et tenuerit et nunc etiam habeat et teneat a Salernitano Capitulo in commendam et nomine ipsius Ecclesie teneat et possideat seu quasi possideat per se, procuratores et ministros suos, bona stabilia, et Jura spectancia ad Ecclesiam memoratam, nonnulli tamen deum non habentes pre oculis nituntur eum tenuta et possessione seu quasi possessione huiusmodi, per violentiam spoliare. Super quo nostra provisione petita, nos presumptionem detestantes illorum qui quod deberent petere invadere moliantur, fidelitati tue precipimus, quatenus dicto Clerico procuratoribus et Ministris ipsius non permittas super tenuta et possessione huiusmodi aliquam iniuriam vel violentiam irrogari, quin immo assistas eis contra talia presumentes favoribus debitis et auxiliis opportunis. Datum Neapoli per nicolaum Frictiam de Ravello etc. anno domini M.° CCCVI die XVI Junij III Ind. » (a).

(a) Entrambi questi documenti appartengono al grande archivio della capitale.

ROBERTO ARCUSATI SUCCESSORE DI BERNARDO III, NOMINATO  
DIRETTAMENTE DAL PAPA.

XLIII. E dovendo ora rivolgere il discorso al successore di Bernardo III, è mestieri premettere, che seguita la di lui morte e radunatosi il capitolo per la nuova elezione, procedendo per via di scrutinio nominò in discrepanza di voti due soggetti, Francesco Carazio e Giovanni di Ruggiero, il primo canonico di Parigi il secondo di Salerno. Volendo ciascuno degli eletti sostenere le sue pretensioni; quello per mezzo di scritture questo per via di special procuratore si diressero alla santa sede a cui fecero tener presenti le ragioni che rispettivamente li assistevano. La causa fu proposta in un concistoro, al quale presedendo il sommo pontefice Clemente V, venne dal medesimo data commissione al cardinale Arnaldo del titolo di s. Marcello (a) che udisse le parti e dipoi gli riferisse l'occorrente. Il giudizio si stava proseguendo, allorchè il Carazio, meglio ponderando l'affare e prevedendone forse un esito per lui disonorevole, per un suo inviato che muni di tutte le condizioni valevoli a legittimamente rappresentarlo, fe' esibire un atto di spontanea e libera rinunzia a qualunque diritto potesse competergli in virtù della nomina fatta in persona di lui. Ma questa sua operazione non rese punto migliore la sorte del suo avversario: imperocchè per aver costui mancato di costituirsi personalmente dinanzi alla santa sede fra 'l tempo determinato da' canoni e per altri motivi presenti all'animo del pontefice, si vide dichiarato come decaduto anch'egli da ogni diritto, imponendosi in ordine al fatto intero della elezione un perpetuo silenzio. Fu allora che

---

(a) Chiamavasi Arnaldo o Arnoldo di Cantelupo: era parente del papa e gli fu successore nella sede di Bordò, avendo prima occupato il grado di priore della Reola in Guascogna ed il decanato di s. Paolo in Londra. La sua promozione ebbe luogo nel giorno 15 di dicembre, mercoledì de' quattro tempi dell'avvento dell'anno 1305.

il papa risolvette di conferire il vacante posto metropolitico ad un tale Isarno, con iscioglierlo dal vincolo della chiesa di Lunden nella Svezia, di cui era arcivescovo. Ma che? Non guari dopo alla nuova sua destinazione Isarno trovandosi presso la corte del papa in Avignone (a) chiuse gli estremi suoi giorni, senza nè anche aver potuto vedere la Chiesa a reggere la quale era stato di recente prescelto. E dovendo dopo tal caso funesto pensare il pontefice alla nomina di altro soggetto da surrogarsi in luogo del defunto, fissò lo sguardo sopra di un individuo nativo di Bordò a lui congiunto con legami di affinità, che chiamavasi Roberto Arcusati. Era il medesimo già arcidiacono della chiesa di Cenomani (b) e cappellano e tesoriere pontificio; e la bolla di collazione della dignità arcivescovile gli fu spedita nel giorno quindici di ottobre dell'anno 1309, offerendo i termini come qui appresso — « *Clemens episcopus seruus seruorum dei Venerabilibus fratribus Vniuersis Suffraganeis ecclesie Salernitane Salutem et apostolicam benedictionem. Summi prouidentia Principis cuius inscrutabilis potentie magnitudo celestia pariter et terrena disponit in excelso sedis apostolice solio licet immeriti presidentes ad Vniuersas orbis ecclesias aciem intente considerationis extendimus - sed ut ille que uiduitatis deplorant inco-*

---

(a) Da niuno s'ignora essere stato Clemente quinto il primo papa che preferì la residenza di Avignone a quella di Roma, imitato in ciò da Giovanni XXII, Benedetto XII, Clemente VI, Innocenzo VI, Urbano V ed in parte da Gregorio XI, che fu poi quello il quale cedendo alle premurose istanze degl'Italiani si rimise colla sua corte nella vera capitale dell'orbe cattolico ed in essa dette termine alla sua vita.

(b) *Caenomanensis ager* era il nome di quell'antica provincia della Francia che corrisponde agli attuali due dipartimenti della Maienna e della Sarta. Chiamavasi ancora *pays du Maine*, ed aveva per capoluogo Mans, ora capitale del secondo degl'indicati dipartimenti soltanto. La città di Sablé, *Sabolium*, alla di cui chiesa apparteneva l'arcidiaconato di Roberto Arcusati, trovasi in questo dipartimento



moda utilium renouentur iocunditate Pastorum - eo efficacius ministerium apostolice prouisionis impendimus quo potioribus affectibus concupimus ut eis celeris prouisionis et utilis gloriosa celebritas illucescat. Dudum siquidem ecclesia Salernitana uacante per obitum bone memorie Berardi Archiepiscopi Salernitani Dilecti filij Capitulum ipsius ecclesie super electione futura Archiepiscopi facienda die ad hoc prefixa insimul conuenerunt - quibus deliberantibus ad id fore per uiam Scrutinij procedendum due fuerunt ibi electiones - una uidelicet de Francisco Caratio Parisiensi et altera de Johanne de Rogerio eiusdem Salernitane ecclesiarum Canonicis in discordia celebrate - ac ipsis Canonicis electionibus huiusmodi de se factis consentientibus - idem franciscus per scriptum - dictus uero Johannes per procuratorem suum ad sedem apostolicam accesserunt pro dictarum electionum suarum negotio prosequendo. Verum eodem negotio in Consistorio proposito coram nobis - nos illud dilecto filio nostro Arnaldo tituli sancti Marcelli presbitero Cardinali audiendum et referendum nobis postmodum duximus committendum - Sed eodem Francisco, postquam in dicto negotio aliquandiu processum extitit, per procuratorem proprium habentem ab eo super hoc sufficiens et speciale mandatum omne ius si quod ei ex predicta electione de ipso facta fuerat acquisitum - sponte ac libere in nostris manibus resignante - nos huiusmodi resignatione recepta ac super iure electionis eiusdem Johannis per dictum Cardinalem facta nobis relatione plenaria et fideli - eundem Johannem qui prout tenebatur infra tempus super hoc a iure statutum ad dictam sedem uenire personaliter non curauit ex certis iustis causis que tunc rationabiliter nos mouerunt - ab omni iure siquod sibi ex huiusmodi electione sua fuerat acquisitum pronuntiauius suadente iustitia cecidisse - et super electione ipsa perpetuum silentium imponendo - Ac deinde de prospero statu ipsius Salernitane ecclesie attentius cogitantes bone memorie Isarnum tunc lundensem Archiepiscopum a uinculo quo lundensi ecclesie tenebatur astrictius absoluimus - et ad Salernitanam

ecclesiam transtulimus supradictam - ipsumque illi prefecimus  
 in Archiepiscopum et pastorem. Postmodum autem eodem Isar-  
 no apud sedem apostolicam decedente - Nos de ordinatione ipsius  
 ecclesie fructuosa ne prolixioris uacationis exposita incomodis  
 remaneret - sollicite cogitantes - post diligentiam quam ad pre-  
 ficiendum eidem ecclesie personam secundum cor nostrum ydo-  
 neam - adhibuimus uigilanter - cum nullus preter nos de pro-  
 uisione facienda ipsi ecclesie de Pastore se intromittere po-  
 tuisset - pro eo quod nos dudum circa promotionis nostre prin-  
 cipium generaliter omnes prouisiones faciendas de Prelatis Ca-  
 thedralibus ecclesijs quibuscunque tunc apud sedem uacanti-  
 bus supradictum et imposterum uacaturis dispositioni et or-  
 dinationi sedis reseruantes eiusdem - decreuimus ex tunc irri-  
 tum et inane si secus super hijs a quoquam quauis auctori-  
 tate scienter uel ignoranter contingeret attemptari - Ad dile-  
 ctum filium Robertum Electum Salernitanum Archidiaconum  
 de Sabolio in ecclesia Cenomanensi Capellanum et Thesaura-  
 rium nostrum nepotem dilecti filij nostri Guillelmi tituli san-  
 cte Potentiane presbiteri Cardinalis quem nobilibus ortum na-  
 talibus litterarum scientia preditum consilij maturitate ple-  
 clarum - morum honestate decorum in spiritualibus prouidum  
 et temporalibus nouimus circumspectum - conuertimus aciem  
 nostre mentis. Ideoque premissis digna consideratione pensatis  
 ac sperantes quod eadem ecclesia per ipsius circumspectionis  
 industriam salubriter et prospere dirigetur de persona ipsius  
 Roberti nobis et fratribus nostris ob predictorum exigentiam  
 meritorum grata multipliciter et accepta eidem ecclesie de  
 ipsorum fratrum consilio duximus prouidendum - ipsumque  
 Robertum illi prefecimus in Archiepiscopum et Pastorem - sibi  
 curam et administrationem ipsius in spiritualibus et tempo-  
 ralibus committendo. Quocirca Vniuersitati uestre per aposto-  
 lica scripta mandamus quatinus eidem Electo tamquam mem-  
 bra Capiti obsequentes exhibeatis ei obedientiam et reueren-  
 tiam debitam et deuotam ita quod mutua inter uos et ipsum  
 gratia gratos sortiatur effectus et Nos deuotionem uestram

propter hoc possimus dignis in domino laudibus commendare. Datum in Prioratu de Grausello prope Malausanam Vasionensis diocesis II Idus Octobris Pontificatus nostri. Anno Quinto » (a).

**EDITTO DEL RE ROBERTO CONTRO I DEBITORI DELLE DECIME SPETTANTI ALLA CHIESA DI SALERNO, PROVOCATO DALL'ARCUSATI.**

XLIV. Delle cose operate dall' Arcusati nel decorso del suo spirituale regime non siam nel caso di raccontarne che una sola. I debitori delle decime prediali spettanti alla Chiesa di Salerno sotto vari pretesti e falsi motivi si negavano di continuare almeno in parte a soddisfarle. Roberto, che fin dalla prima domenica di agosto dell'anno 1309 succeduto era a Carlo II di lui padre, trovavasi in quell'epoca dominatore del regno (b). Non iscorgendo altra via più efficace e speditiva l'arcivescovo ad ottenere il suo intento, che quella di rivolgersi direttamente ad esso principe, tanto appunto fece e pra-

(a) Arc. III, num. 208 — Degna di particolar ricordanza pel capitolo di Salerno si è questa elezione dell' Arcusati, fatta per immediata autorità del pontefice Clemente V, imperocchè da essa epoca in avanti si vide egli spogliato dell'importante prerogativa di nominare ed eleggere i suoi arcivescovi; avendola i sommi pontefici riservata per sè, fino a che non la cedettero a' supremi dominanti dello stato, come si dirà in appresso — E considerando le dissensioni e controversie che si erano avverate nell'esercizio di siffatto privilegio, e che dettero senza dubbio occasione alla cessazione dello stesso, non ebbe forse motivo di ripetere: « Non doleo legem, sed quod legem meruerim? »

(b) Non fu senza opposizioni e contrasti tal innalzamento di Roberto a re di Napoli; imperocchè, accaduta la morte del padre, si mosse la quistione se il reame spettasse a lui o piuttosto a Carlo Uberto re di Ungheria che vi vantava un diritto più immediato e diretto per essere figliuolo di Carlo Martello suo fratello maggiore. L'accortezza ch'egli ebbe di recarsi personalmente alla corte di Clemente V in Avignone, dove si adoperò ne' modi i più gagliardi ed energici onde piegare l'animo del papa in suo favore, il rese vincitore nella lotta. Non è però che nel decidere a vantaggio dello stesso il

tiò per mezzo de' suoi procuratori: qual risultamento abbiano poi ottenuti i suoi maneggi chiaro si vede dal regio editto che venne conseguentemente dato fuori, e di cui produrrò i tratti più intessanti — « Robertus dei gratia Rex Jerusalem et Sicilie ducatus Apulie et principatus Capue Provincie et forcalquerij ac Pedimontis Comes. Justiciarijs Principatus citra serras Montorij presentibus et futuris fidelibus suis gratiam suam et bonam voluntatem ». Rammentava indi esso re che da parte de' procuratori dell' eletto e confermato nella Chiesa di Salerno eragli stato umilmente esposto « quod ij de decreta uobis provincia qui eidem ecclesie Salernitane tenentur ad decimam de fructibus quidem, redditibus et obuentionibus Terrarum suarum procuratoribus ipsius illam ut tenentur et debent integram non exoluunt, objectus ad hoc et anfractus varios opponentes illosque precipue, quod sic mutilate soluerunt per tempora nec de ampliori prestazione ipsius fuerunt per Prelatos ejusdem ecclesie nel procuratores ipsorum pro tempore requisiti » laonde prescriveva a' giustizieri che diligentemente investigassero « si decimam ipsam eis ratione debeant et eam predecessores dicti Electi consueuerunt ab antiquis temporibus usque nunc percipere et habere » e trovato ciò vero astringessero i debitori a prestarsi senz'altro a tal pagamento, obbligandoli a consegnare le dovute somme o ai procura-

pontefice abbia avuto più riguardi per la ragion politica che per la giustizia, come da alcuni si è preteso: poichè dal testamento di Carlo II, fatto nel giorno 16 di marzo dell'anno 1308 e dato in luce dal famoso Leibnizio ( Cod. Jur. Gent. tom. 1, num. 31 ), apparisce che il medesimo lasciava Roberto appunto erede de' suoi stati, trovandosi molto bene ingrandita la linea de' successori di Carlo Martello — Si è enunciato poi nel testo che la sua successione al trono del padre ebbe luogo nella prima domenica di agosto dell'anno 1309: per attestato, in fatti, di Bernardo Guidone, nell' indicato giorno fu egli coronato nella predetta città di Avignone, e la di costui testimonianza è da anteporsi su tal punto a quella di Giovanni Villani, che scrive essere ciò avvenuto nel dì otto di settembre, festa della natività della Vergine.

tori immediati dell'arcivescovo ovvero « eorum nuncijs qui pregentes ostendent sine obstaculo contradictionis ». Soggiugneva poi « Vt autem de integritate solutionis dicte decime nulla per cuiuslibet Refragantis astutiam dubietas ingeratur. Adiciamus Vt de annuo valore quo bona seu cabelle Terrarum eorum qui ad decimam sunt abhactenus uendita, vendantur ad presens et vendent. . . vnus annj ad alterum debita compensatione librata, memorato Electo et successoribus eius etc. pro dicta ecclesia decima ipsa integre persolvatur. Non enim excusat immo accusat potius persoluentes Pastorum seu procuratorum eiusdem ecclesie neglectus instantie, cum a solutione decime prefate cessantes in statu damnationis existant. instante presertim nunc dicto Electo, et procuratoribus ipsius, Aut ipsa solutio per tempora mutilata. cum nulla prescriptio in talibus tueatur eosdem quinimmo tanto grauiori peccato subiacent, quanto diutius eorum Anime in hoc per culpe contagium ligate tenentur. Diuturnitas quippe temporis peccatum non minuit set ex habitu. . . apte iam dispositionis adauget etc. Dat. Neapoli per Bartholomeum de Capua militem logothelam et Prothonotarium Regni Sicilie anno domini Millesimo CCC XII die XV Madij X<sup>e</sup> Indictionis Regnorum ( di Roberto ) Anno quarto » (a).

RIFACIMENTO DI UNA CHIESA SOTTO IL TITOLO DELLA S. CROCE,  
FATTA ALL' EPOCA DEL GOVERNO DELL' ARCUSATI.

XLV. A conchiudere nondimeno l' articolo relativo al predetto arcivescovo, è mestieri far conoscere che durante il suo regime (b), ebbe luogo il rifacimento di una chiesa caduta in rovina e ch'era sita in una terra fuori del recinto di questa città sotto il titolo di s. Croce. Un canonico della Chiesa me-

(a) Arc. III, num. 210. Questa carta si è prodotta in parte per non essersi potuta leggere interamente.

(b) Tutto il periodo dello stesso fu di anni tre, dopo i quali sciolto Roberto dal vincolo di questa Chiesa, da lui non regolata fuorchè in lontananza, venne trasferito in quella di Aix della Provenza — Ughelli de hoc archiep.

tropolitana di nome Tommasio figlio di un tale già allora defunto giudice di nome Niccolò ne fu l'autore, che volle perciò riserbarsi il diritto della presentazione del sacerdote che dovesse servirla, ed a cui fosse altresì ingiunto l'obbligo di celebrarvi ogni giorno una Messa cantata, in suffragio dell'anima di esso Tommasio e de' di lui genitori; rimanendo al rettore di s. Andrea *de porella* (a) dal quale in origine dipendeva essa chiesa di s. Croce la facoltà di dare al presentato la canonica istituzione. L'istrumento concernente una convenzione siffatta, e che fu avvalorata dall'approvazione e consenso dell'arcivescovo e di tutto il capitolo, venne compilato e disteso per mano di Pandolfo Dardano, pubblico notaio di Salerno, e leggesi ne' termini come qui appresso — « **IN NOMINE dominj dej eternj et saluatoris nostri Jhesu xpisti. Anno ab Incarnatione eius Millesimo. trecentesimo decimo. Et primo anno Regni dominj nostri Robertj dei gratia Jerusalem et sicilje gloriosissimj Regis ducatus apulje. et principatus Capue. prouincie et forchalquerij ac pedimontis illustrissimi Comititis. Die vicesimo terciio mensis Martij Octave Indictionis In Ciuitate Salernj Nos Jacobus de prothoindice et Nicolaus Cicalensis Judices Ciuitatis predictae. Pandulfus dardanus publicus eiusdem Ciuitatis notarius. et subscriptj testes liceratj de eadem Ciuitate videlicet dominus Robertus de canalibus miles. Judex Jacobus de Vrsone. dompnus Petrus de saydona primicerius. dompnus Johannes marronus. dompnus Jacobus leporinus dompnus Johannes cauarus presbiteri cardinales huius Salernitani Archiepiscopij Rogerius Curialis. thomas de Vrsone. Nicolaus cardulinus et Nicolaus de datulo canonici salernitani ad hoc specialiter uocati et rogati. presenti scripto publico notum facimus et testamur. quod Illorum Volis est merito prebendus assensus ac est petictio penitus admictenda. quj ad cumulata virtutum**

(a) Di questa chiesa e rettoria si è anche parlato nel documento allegato nella pag.<sup>a</sup> 86 e seg., ma con denominazione alquanto diversa. Ivi però alla lezione *de pontellis* si sostituisca *de porellis* che apparisce dal documento meglio letto ed interpretato,

premia spem et ausus erigentes Religionis huius vite Illecebris ad huc in presentj degentes Efficaci ope et sermone domum edificant quam ex hoc mundo ad celestia transeuntes in ea que sursum est Jerusalem libera mansionem illam mire pulcritudinis ex preciosis lapidibus margaritis in mensa in effabilj gloria inueniuntur decorata. Sane vir prouidus discretus abbas Thomasius de mathia Salernitanus canonicus. filjus quondam Judicis Nicolaj qui similiter de mathia dictus est. in hijs prouida deliberatione considerans et attendens quod diuictie nolentem quomodolibet possunt ad futuram gloriam precedere in hac vita. nulla tamen Ractione postmodum sequi possunt in nostri presencia constituitur. Volens prout asseruit in quadam terra vacua sterilj et siluosa. Intra quam quedam fundamenta parietum usque faciem terre constructa sunt. que sancte Crucis Ecclesia uocabatur. quam Viruum nobilem abbatem Rogerium de Canalibus canonicum salernitanum Rectorem Ecclesie santi Andree de porella. Cuj est dicta Ecclesia sancte Crucis immediate pleno Jure subiecta ab ipsa Ecclesia in beneficium tenere. foris hac salernitana Ciuitate in loco Crucis que aparte occidentis vie puplice. aparte Septentrionis alterius vie puplice a parte orientis ad medium Vallonem. et a parte meridiei ad fines aliorum coniuncta est. Ipsam Ecclesiam sancte Crucis ob suorum et parentum eius remedium peccatorum suis propriis samptibus et expensis ad honorem dej Beateque Marie semper Virginis eius sanctissime genetricis ac sancte Crucis Vocare construj et rehedificatam facere omnibus oportunis - eamque ex bonis suis dotare propriis et ornare. Ita quod sacerdos vnus in ea instituendus per Rectorem predictum. ad presentationem ipsius in ea morando continue et seruiendo ej ut condecet in diuinis possit ex inde comode substentarij quj teneatur cotidie in ea canere unam missam et diuina quelibet alia pro anima abbatis Thomasij suprascripti. et parentum eius eciam predictorum. Terramque predictam Intra quam parietes seu fundamenta predicta ut dictum est sunt constructe colj ac laborarj et in Vineam *fun-*

geretur facere (sic?), ac terra etiam fructuosa dicte quoque dare et offerre Ecclesie terram seu possessionem suam proximam infrascriptam. Videlicet Integram terram cum Vinea fructibus arboribus et arboribus oliuarum et plagaria Intra quam casa fabricata solaria. palmentum cum labello Cisterna Clibano cunctis murata et buctarium camera cobopertum constructa sunt. quam sibj ipse abbas pertinere dixit. foris hac salernitana Ciuitate in eodem loco Crucis ubj proprie aladitina dicitur. Que videlicet terra cum vinea. fructibus arboribus et arboribus oliuarum et plagaria. a partibus orientis septentrionis. occidentis et meridiei vijs publicis coniuncta est. Nec non et Res mobiles infrascriptas actas pro ornamento Ecclesie supradicte. Videlicet Calicem Vnum de prutio. duas amolas de prutio. Torribile Vnum de metallo. quatuor candelabra de prutio. campanellas tres. paruas pro corpore xpisti. duas Campanas magnas ponderis viginti duarum decinarum Silicettum unum de here pro aqua sancta. Maltellum unum de ferro. Coronellam unam de here. duo paria de corporalibus. Pille-ria duo cum auro et seta. faciem unam de altarj de panno Rubeo. faciem unam aliam de panno lineo celesti. Tobalias tredecim de panno lineo cum listis de seta et solictis. altare unum andant Planetam vniam de panno lineo celesti planetas duas alias sammito viridi in forata de panno salernitano. Camisum vnum et amictum vnum cum Collario de panno aureo. Manuale vnum. stolam vniam. et manipulum vnum de panno Celesti. Stolam vniam aliam. et manipulum vnum de sammito viridi ad florenos aureos. Coptam vniam de panno lineo pro Cruce. Cassam vniam veterem. Bacile vnum de here. Vestimentum vnum sacerdotale fornitum de panno albo. par vnum de Custodia de panno lineo cum seta. frontale vnum ad liczium de Cucullo. Bucale vnum de here. par vnum aliud de Custodia de seta. faciem vniam de seta auricellata. cum listis pro altarj in foderata de panno viridj. vegetes sex salmarum. dicte et septem. et Retes duas sformitas pro plagarijs - Sub certis tamen pactis et condicionibus sed in vtilitatem - libertatem et



comodum suum et Ecclesie prelibate permittendis et conueniendis per Rectorem ejusdem et Imperpetuum totaliter obseruandis. de consensu mandato et voluntate Reuerendi viri dominij Johannis Rogerij in concordia salernitani Electi et administratoris legitimi. et etiam Capitulj archiepiscopij supradicti. Videlicet quod archiepiscopus qui pro tempore fuerit in archiepiscopio supradicto concedendi Ipsam Ecclesiam sancte Crucis in Rectoriam seu beneficium alicuj seu Rector etiam predictae Ecclesie sancti Andree nullam penitus habeant potestatem. Immo sit eis ex nunc ex Inde omnis potestas omnino sublata Nullumque similiter Jus habeant quomodolibet in eadem. Nisi tantum Tarenum auri vnum et non aliud ac visitacionem et correpcionem sacerdotis prefati dandum per sacerdotem predictum quj pro tempore fuerit in Ecclesia prelibata. Rectorj predictae Ecclesie sancti Andree seu eius successoribus in Ecclesia antedicta. et vniam libram de cera predicto abbati thomasio et successoribus suis anualiter in festo sancte crucis predictae instituend per Rectorem predictum in ipsa Ecclesia quod cappellanis concedi hactenus consueuit ad presentacionem abbatis thomasij supradicti. Ita videlicet quod teneatur ipse sacerdos continue morarij in ecclesia supradicta et cotidie ut est dictum canere in eadem diuina officia pro anima abbatis thomasij ac parentum eius etiam predictorum quj si asserta non fecerit et in aliquo contra venit in premissis liceat ipsi abbatj thomasio et successoribus suis predictis Ipsum Sacerdotem ab Inde expellere et alium in vice sua dictus abbas thomasius presentare predicto Rectorj in ecclesia supradicta Institnendum per ipsum Rectorem presentacionem huiusmodi incontinent ad ecclesiam supradictam Juxta modum. tenorem et formam superius annotatis. Qui videlicet sacerdos cum consensu predictorum archiepiscopi et Rectoris vel alterius eorundem aut ipsi archiepiscopus et Rector vel eorum alter permutandi aliquam ex terris seu possessionibus predictae Ecclesie Crucis - alienandi seu in aliam partem et ecclesiam transferendi nullam etiam penitus habeant potestatem.

Et si forte per predictos archiepiscopum et Rectorem uel alium eorundem seu sacerdotem predictum contra predicta uel aliquid predictorum uentum fuerit uel aliquid quomodolibet attemptatum licitum sit ipsi abbatj thomasio et successoribus suis predictis immediate ipso facto et ipso Jure bona omnia et singula et etiam ornamenta predictae Ecclesie que tunc in ea affuerint seu que dicta tenuerit et possederit Ecclesia eorum autoritate propria sine strepitu et figura Iudicij decreto Iudicis ac Jussu predictis uel cuiuscumque alterius presidentis Capere et ad eorum Jus et dominium Reuocare absque contrarietate cuiuscumque et Reuocatis ea vnj de altarj Ecclesie sancti *Bartholomei* de Coriarijs concedere atque dare in quo per dominum Cappellanum inueniendum per eodem abbatem thomasium et successores eiusdem canetur cotidie in perpetuum vna missa et alia diuina officia ad honorem sancte Crucis predictae. et pro anima abbatis thomasij. et comparantum eius ut dictum est predictorum. quj Cappellanus etiam teneatur predicta facere. et anno quolibet in predicto festo sancte Crucis dare Rectorj predictae Ecclesie sancti *Bartholomei* libram vnā de bona cera et vnā aliam dicto abbatj thomasio et eius successoribus ut dictum est supradictis. Restitutis eis nihilominus per Rectorem dicte Ecclesie sancti *Andree* qui fuerit pro tempore in eadem. expensis per dictum abbatem thomasium factis in Rehedificarij et Reficij facienda Ecclesia supradicta. sancte Crucis. hoc etiam sibi conuento quod si predicti Rectores qui pro tempore fuerint in predictis Ecclesijs uel eorum alter Vacante dicta Ecclesia Cappellano Imfra vnum mensem non Instituerit Cappellanum in ipsa ad requisitionem et presentacionem suam. et successorum suorum predictorum immediate predicta Ecclesia sancte Crucis cum omnibus terris seu possessionibus ornamentis et Rebus alijs Ecclesie prelibate sit et perueniat ad Jus dominium proprietatem et potestatem parcium fratarie archiepiscopij supradicti. Et partes ipsius archiepiscopij teneantur ipsum abbatem thomasium ponere. et parentes eius predictos in continujs ora-

cionibus celebrandis in archiepiscopo supradicto et quolibet anno celebrare anniversarium. pro anima eorum Sic tamen quod presentacio predictae Ecclesie Cappellanj non transeat ad successores suos predictos nisi tantum habeant in eadem annualiter dicto festo libram vnam de cera predicta - Petij Rectorj eodem predictae Ecclesie sancti Andree abbas thomasius supradictus ut sibj ecclesiam predictam de predicto loco Crucis Intra quam predicti parietes seu fundamenta ut dictum est constructa sunt predictis finibus designatam sibj concederet et conferret pro complerj et fierj faciendis per eum in ipsa et de ipsa omnibus et singulis supradictis. predictus uero Rector videns in hac condicionem predictae Ecclesie fierj et esse penitus meliorem ac eius uoluntatem et comodum totaliter procurarj petitioni dicti abbatis thomasij ut pote. Justam admittens sicut ej placuit sponte per conuencionem per hanc cartam cum omnj debita sollempnitate et plenitudine Juris et facti canonici et Ciuili in huiusmodi contractibus ut firmj sint. et quomodolibet irritarj non possint totaliter uel in parte a Jure penitus Requiruntur. pure publice libere absolute bona fide. sine omnj colludio et uictio cuiuslibet prauitatis ac de consensu etiam mandato et uoluntate dominj Electj. et Capitulj predictorum ad hoc ad sonum campane et biscontorum uocationem in choro predicti archiepiscopij more solito congregati habentes Intra se etiam super hoc sollempnem unum tractatum contulit et concessit. Abbatj thomasio supradicto. pro complerj et fierj faciendis per eum omnibus et singulis supradictis. Integram suprascriptam terram uacuam sterilem. et siluosam cum fundamentis et parietibus supradictis Intra eam ut dictum est constructis de predicto loco Crucis predictis finibus designatam. ac cum fonte plebe et cimiterio. Quom omnibus ad ipsam collacionem et concessionem pertinentibus et cum vice de predictis vijs et de alijs vijs suit. et cum pactis condicionibus in conuencionibus omnibus et singulis supradictis. Qua racione ut amodo et semper Ipse abbas Thomasius successores eius et homines quos uoluerit in supra scripto ordine. et te-

nore predictam Collacionem et concessionem qualiter superlegitur etiam sua potestate teneatur. et dominetur omnesque suas voluntates. in ea Justa Racione faciant qualiter voluerint. Et eandem Ecclesiam Regat procuret etiam et Gubernet ac in ea faciat diuina officia celebrare. Et possessiones ipsius omnes et singulas annualiter apto tempore laborarij et colij sic ut in melius perficiant et non depereant. Et quicquid fructuum uel frugum seu omne aliud quod ex eadem collacione et concessione predictus sacerdos qui pro tempore in dicta fuerit Ecclesia Juste percipere uel habere potuerit. totum illud sibi hanc ut se exinde subsentet et Inde faciat quod voluerit. Tantum omni anno donec vixerit teneatur dare predicto Rectori seu partibus predictae Ecclesiae sancti Andree in predicto ordine et tenore pro collacione et concessione predicta. causa cognitionis tantum predictum unum larenum aurj in festo Beate Crucis predictae et vnam libram de cera predicta. in eodem festo dicto abbatj thomasio et successoribus eius. prout superius est expressum. Vnde per conuencionem Ipse Rector pro parte sua et ecclesiae suae predictae sancti andree utiliter gerendo ut dictum est causam et negocium suum. et ecclesiae prelibate. Gnadiam ipsi abbatj thomasio dedit. et fideiussorem ej pro sua et illius parte posuit semelipsum. Et per Ipsam Guadiani ipse Rector obligauit se. et partem suae ecclesiae supradictae. Si sicut superius scriptum est non adimplerint. et suprascripta uel ex eis quicquam Remouere aut contradicere presumpserint. Componere ipsi abbatj thomasio et successoribus suis. proprio nomine Centum augustales et sicut superscriptum est nihilominus adimplere. seu ratis etiam manentibus atque firmis omnibus et singulis supradictis. Qui videlicet rector sponte scienter. et expressim Renunciauit super hoc beneficio Restitucionis in Integrum ac omni alio Jurj canonico et Ciuili consuetudinij capitulo et priuilegio scripto et non scripto impetrato et impetrando quibus contra predicta uel aliquid predictorum ipse seu partes predictae suae ecclesiae per se uel per alium seu alios de facto uel de jure in Iudicio uel extra

Judicium dicto facto uel opere venire possent vel aliquid attentare. certioratus se posse eis de Juribus et beneficijs ac beneficiorum et Jurium auxilio adiuuarij. Vnde ad futuram memoriam et predictorum abbatis thomasij et successorum eius cautelam - presens scriptum publicum ex Inde factum est. per manus mej predicti Pandulfi dardanij publici Salernj notarij. Signo meo signatum. subscriptione mej qui supra Judicium nec non sigillis pendentibus predictorum dominj Electj et Capitulj ac nostrum predictorum testium subscriptionibus roboratum. Quod scripsi Ego predictus Pandulfus dardanus publicus Salernj notarius. quj rogatus Interfuj et meo signo signauj. Memorantes nos predicti Judex et notarius. quoniam quod superius Intra uirgulos scriptum est legitur de custodia eius ».

- \* *Ego qui superius Jacobus de protoiudice Judex*
- \* *Ego qui superius Nicolaus Judex*
- \* *Ego predictus petrus de saidona maioris ecclesie salernitane primicerius testis sum*
- \* *Ego predictus nicolaus candulinus canonicus salernitanus testis sum*
- \* *Ego predictus iohannes marronus presbiter cardinalis maioris ecclesie salernitane testis sum*
- \* *Ego predictus Robbertus de canalibus testis sum*
- \* *Ego predictus Jacobus leponin presbiter cardinalis maioris ecclesie salernitane testis sum*
- \* *Ego predictus abbas Thomasius de Vrsonis canonicus salernitane testis sum*
- \* *Ego predictus Nicolaus de dato subdiaconus testis sum*
- \* *Ego predictus Judex Jacobus de vrsonis testis sum*
- \* *Ego predictus Rogerius curialis canonicus salernitanus testis sum*
- \* *Ego Johannes caladrosus presbiter cardinalis maioris ecclesie Salernitane testis sum (a).*

(a) Arc. III, num. 209 — Relativa al governo dell' Arcusati si è anche una notizia che quantunque già somministrata dall'autore del-

**CHI FU IL SUCCESSORE DI ROBERTO ARCUSATI, ED IN QUALE CONDIZIONE DEPLORABILE TROVATO EGLI ABBA LA CHIESA DI SALERNO?**

LXVI. Una semplice occhiata sulle ultimamente esposte vicende della Chiesa di Salerno, in ordine allo spesso cambiarsi de'sacri suoi reggitori, che d'altronde, o prevenuti dalla morte o da altri impieghi ed uffizi impediti, o mai o appena per breve spazio di tempo avevano potuto risedervi, abbandonandone la cura ed amministrazione a di loro delegati e rappresentanti, basta a far conghietturare a quali infortuni, a quali danni gravissimi sia andata ella soggetta. Ma una tal presunzione si converte in certezza quando si conosce quel che fece ed eseguì il successore di Roberto Arcusati al primo suo metter piede nella Chiesa di cui si tratta. Chiamavasi egli Ono-

l'Italia sacra non è superfluo quì ripetere — Dessa consiste nel far conoscere che viveva in detto tempo un nobile individuo di questa città il cui nome era appunto Giacomo Scillato, e che fu egli il donatore dell'elegante altare maggiore che esisteva una volta nella chiesa delle religiose di s. Maria Maddalena appartenente adesso al collegio de' pp. Gesuiti, che, in fine, morto in età ancor verde e giovanile ne venne tumulato il cadavere davanti all'altare medesimo fatto da lui edificare, con essersi avuto cura di far incidere sulla di lui pietra sepolcrale il seguente onorifico epitaffio:

NOBILIS HIC JUVENIS PULCHER RECUBAT TUMULATUS  
 SCILLATUS GENERE, JACOBUS FUIT IPSE VOCATUS  
 OBTULIT ALTARE TIBI MAGDALA SANCTA DICATUM  
 REBUS DOTATUM VENIAM POSCENDO SUORUM.  
 MORIBUS ORNATUS, ET MUNDUS CRIMINE VIXIT,  
 PAUPERIBUS LARGUS OCULOS AD COELUM FIXIT.  
 PARCE DEI RATUM, SIBI REMITTENDO REATUM  
 UT TIBI DIGNETUR, IGNOSCE QUI MISERETUR.  
 ANNO DOMINI MCCCX. DIE ULTIMO MENSIS  
 NOVEMBRIS IX INDICTIONIS.

frio ed aveva innanzi occupato il posto di decano della chiesa di *Meaux* in Francia. Lungi infrattanto dall'imitare la condotta de'suoi predecessori, sollevato che fu alla dignità arcivescovile, non solo venne di persona a stabilirsi in mezzo al gregge ch'era stato a lui affidato, ma incominciò a prendere stretto conto di quanto doveva appartenere a questa Chiesa sia di oggetti destinati al divin culto, sia di materiali beni e domini, sia di altri diritti. Ma che cosa ebbe motivo di scoprire? da ogni lato usurpazioni di censi, terre, vigne, orti, case, oliveti ecc. furti di pubbliche scritture, cautele, diplomi, privilegi; depredazioni di argenti, sacri paramenti ed altre ecclesiastiche suppellettili; rubamenti di mobili ad uso del palazzo arcivescovile; di animali, di grani, di oli e di altri generi di vettovaglie di proprietà della Chiesa. . . nè solo, ma che vari posti e benefizi ecclesiastici si occupavano da individui che di lor capriccio e volontà ed obbliando tutte le regole canoniche se n'erano impadroniti, godendone i frutti con ogni mostra di tranquillità e sicurezza; e che non mancava chi a fine di sostenersi o in queste o nelle altre indebite occupazioni munito si era di falsi e supposti istrumenti e fabbricato aveva artificiosi titoli di acquisti. Forte ed energico doveva essere il rimedio che potesse metter termine a tanti mali; ed Onofrio non trascurò di praticarlo. Eccolo quindi dar fuori un solenne e terribile *monitorio*, con cui mentre accordava agl'ingiusti e sacrileghi possessori un termine perentorio di giorni quindici per poter restituire il mal tolto, li sottoponeva se disobbedienti e contumaci alla pena di scomunica da incorrersi *ipso facto* e da cui niuno fuorchè egli potesse assolverli, se non quando si trovassero in articolo di morte; estendendo detta pena a coloro altresì che essendo nel caso di somministrargli sull'oggetto degli opportuni lumi e notizie pretermettero di farlo. Emanato intanto nel giorno 18 di novembre dell'anno 1314, conteneva i termini come qui appresso — « Onufrius dei et apostolica gratia Archiepiscopus Salernitanus - Ad regimen Salernitanæ ecclesie licet im-

Rimedio che adopera il nuovo arcivescovo per metter riparo ai danni e sconceri della sua Chiesa.

meriti disponente diuina clementia euocati ex debito pastoralis officij quod nobis incumbit uigili cura et solerti studio uacare cogimur. ut bona et iura dicte ecclesie obseruentur obnoxia - et successiuis temporibus quantum nobis ex alto permittitur felicia suscipiat incrementa. Sane dicta Salernitana ecclesia que longis temporibus quasi uiduitatis deplorauit incomoda tum ex uacationibus pluribus tum ex prelatorum absentia - et ipsorum et officialium mutatione frequenti - dampna grauia supportauit. nam quod dolenter referimus nonnulli ihesu xpisti filij dei domini nostri cuius pretioso sanguine ecclesia est fundata - et beati apostoli et euangeliste Mathei cuius corpus gloriosum dicta ecclesia Salernitana recondit reuerentia ultroiecta sue salutis immemores Terras - Vineas - Ortos. domos - Oliueta - Viridaria - Vassallos - possessiones. Jura - et alia bona immobilia non nulli priuilegia - Instrumenta. litteras - et cautelas argentum paramenta et ornamenta ecclesie - lectos Vasa - pannos - frumentum Vinum oleum et alia uictualia - animalia quoque census redditus et alia que nobis et dicte debentur ecclesie et alia bona mobilia occuparunt. et ea detinent occupata. ipsaque detenta seu occupata nobis et dicte ecclesie restituere non curauerunt neque curant. Immo ad eorum dampnationis cumulum nonnulli litteris - instrumentis - et cautelis - sigillis illicitis immo indebite fabricatis abutentes bona et iura dicte ecclesie nec non ecclesiastica beneficia occuparunt - et ipsa detinent occupata - et quod est detestabilius - ipsorum pretestu ipsa protinus defendere moliuntur. ex quo non solum falsitatis sed etiam sacrilegij - et uiolentie crimen incurrunt. Quare volentes huic morbo quantum nobis est possibile de oportuno prouidere remedio - omnes et singulos tam clericos quam laycos cuiuscunque Sexus seu condicionis existunt qui uel que Terras Vineas Ortos domos - Oliueta - Viridaria possessiones Jura, et alia bona immobilia priuilegia litteras - Instrumenta cautelas. argentum paramenta et ornamenta ecclesie lectos Vasa pannos. frumentum. Vinum oleum et alia uictualia - animalia census redditus - et alia quecun-



que - ecclesias seu ecclesiastica beneficia ad nos et dictam ecclesiam spettantia occuparunt - seu detinent occupata. seu qui litteris instrumentis. cautelis seu sigillis - ut premittitur indebite fabricatis usi sunt uel utentur seu eorum pretestu ecclesias beneficia - iura. possessiones et alia quæcunque bona detineant. se ipsa indebite nituntur detinere - et Rogamus, orlamur et obsecramus per uiscera misericordie ihesu xpisti - ac merita gloriosi apostoli... eos et eorum singulos pro primo secundo et tercio perhentorio monentes, quatenus infra quindecim dies a publicatione presentium numerandis - bona omnia et singula supradicta - que sic ut premittitur occupauerunt. seu detinent occupata - seu quocumque modo ad eos indebite deuenierunt nobis integre restituant. et bona ipsa ecclesias et beneficia libere et expedite dimittant nec se de eis ulterius intromittant - nec dictis litteris et instrumentis cautelis seu sigillis utantur. de cetero quoquomodo. Scientes uero predicta uel aliquod premissorum nobis manifestare seu reuelare infra dictum terminum predicta monitione premissa teneantur. Alioquin in ipsos et ipsorum quemlibet excommunicationis sententiam ferimus in hijs scriptis. a qua ab alio quam a nobis absolui non possit nisi in mortis articulo constitutj. Hanc autem nostram monitionem et excommunicationis sententiam scribi et publicari ordinauimus per Sarracenum blasij notarium nostrum in Capitulo maioris Ecclesie Salernitane et nostri sigilli appensione muniri et nichilominus ne aliquis dicte nostre monitionis et excommunicationis sententiam ignorantiam valeat allegare - in foribus. . . ecclesie prelibate ipsam affigi mandamus. Datum in maiori ecclesia Salernitana Anno domini Millesimo CCC X IIII apostolica sede pastore uacante - Indictione XIII Mense nouembris. die XVIII. presentibus Religiosis Viris fratribus Nicolao. . . sis monachis monasterij sante Marie matris domini de Nuceria Salernitane diocesis domino Raynerio de Parma. . . dicti domini Archiepiscopi. Patino Notario dicto Rigardo de Roccapimonte et multis alijs tam clericis quam laicis. Et Ego Sannicensis de ferent - Imperiali auctoritate no-

tarius Constitutioni. et ordinalioni et omnibus suprascriptis interfui et ea de mandato Reuerendi Patris domini Archiepiscopi supradicti scripsi et in publicam formam redegì et signarj feci » (a).

ONOFRIO SI RIVOLGE AL PRINCIPE CARLO, DUCA DI CALABRIA E VICARIO DEL REGNO, PER OTTENERE ORDINI CONTRA I GOVERNATORI DELLA TERRA DI EBOLI, CHE IN VARI MODI OLTRAGGIAVANO I DIRITTI DELLA SUA CHIESA.

XLVII. Energica e coraggiosa si fu la condotta spiegata da Onofrio per mettere a dovere i violatori de' diritti e gli usurpatori de' beni della sua Chiesa; ma s'ingannerebbe chi si desse ad intendere che abbia ella avuto efficacia d'imporre freno e timore a chiunque altro volesse in appresso recarle altri danni e pregiudizi. Non erano trascorsi, in fatti, che pochi anni dall'epoca del monitorio predetto, quando ecco uscire in campo i baili e governatori della terra di Eboli per impedire che l'arcivescovo esercitasse il suo libero dominio su di un fondo rustico sito in quelle adiacenze, e denominato *de pecta*. La facoltà di farvi costruire delle siepi e ripari per la custodia degli animali da pascolo, quella riguardante la recisione degli alberi quivi esistenti, quella di permettere che vi s'inseguissero ed ammazzassero bestie da caccia, tutti questi diritti furono a lui interdetti e vietati dall'abuso che della loro autorità facevano que' regì rappresentanti. Nè a ciò soltanto si limitava la dimostrazione del loro animo avverso alla Chiesa di Salerno: imperocchè nel riscuotere le imposte e contribuzioni dovute al regio erario da' vassalli della medesima, sparsi per gli stati di Olevano e di Montecorvino, pretendevano da essi più di quello si erogava dagli altri possessori de' fondi limitrofi e confinanti, nulla badando alla debita e conveniente proporzione. E che altro far poteva Ono-

(a) Arc. III, num. 213.

frio a reprimere siffatta tracotanza, se non che avanzarne ricorso a chi era a capo del governo? Or tanto egli fece e praticò: imperocchè, esercitando allora in qualità di vicario del regno le veci del re Roberto il di lui figlio Carlo duca di Calabria (a), al medesimo e' si rivolse, manifestandogli le predette ingiustizie che riceveva la sua Chiesa e supplicandolo per gli opportuni ripari e spedienti. Che poi conforme a' suoi desideri sia stato il risultamento di tale operazione, apparisce da un documento di questo archivio della mensa, e che passerò a sottoporre agli occhi del leggitore — « In Nomine dominj dej Eternj et Saluatoris nostri Jhesu xpisti Anno ab Incarnacione eius Millesimo Trecentesimo octaudecimo Regnante domino nostro Roberto dej gratia gloriosissimo Jerusalem Sicilie Rege Ducatus Apulie et Principatus Capue prouincie et forcalquerij ac Pedismentis Comite Regnorum suorum Anno nono feliciter Amen. Mense marcij die vicesimo tercio eiusdem prime Indicionis. Apud Ebolum. Nos Johel Massacanus et Rao Potifredus Judices Eboli Bartholomeus de Ascletino publicus eiusdem terre notarius et Infrascriptj testes Videlicet dompnus Jacobus Potifredus miles dompnus Johannes Potifredus miles. dompnus Jacobus Tuczillus miles. Judex Riccardus Potifredus. Judex Robertus Massacanus. Judex Guillelmus Potifredus. Judex Berardus Cicarus. Judex Jacobus Potifredus. Judex Laurencius de Alieto. Nicolaus medicus. Paternus medicus - Judex Paulus piper. Matheus ferrarius. Notarius Potifredus de Coffato. Notarius Angelus de Rosa. Nicolaus apatus. Jachectus dominj Salernj. Judex Potifredus de lucasio. Magister Robertus de Ascletino phisicus.

---

(a) Parlando Pietro Giannone della elezione di Carlo all'indicata dignità di vicario generale si esprime nel modo seguente — « Re Roberto convenendogli portarsi ora in Provenza, ora nell'impresa di Sicilia, sovente in Fiorenza, in Genova ed altrove, aveva costituito vicario del regno, secondo il costume de' suoi maggiori Carlo duca di Calabria suo figliuolo, di cui perciò abbiamo molti capitoli, fatti da lui mentr'era vicario in assenza di suo padre ». Lib. XXII, cap. I.

Judex Jacobus de Magistro. Riccardus Potifredus. Johel Potifredus. Jacobus dominij Thomasij de oliueto. Judex Thomas de Gisulfo. et presbiteri Alferius de Abbate de eadem terra Ebolj ad hoc specialiter vocatj et rogatj presentj scripto publico declaramus notam facimus et testamur. quod dum prescripto die vicesimotercio dictj mensis Marcij predictae prime Indicionis in presencia nobilis et egregij Virj dominij Johannis Manselle militis de Salerno Justiciarij et Vicarij Ducalium Terrarum parcium principatus citra Vltraque serras Montorij Curiam Regentis et Justiciam decernentis in dicta terra Ebolj Assistentibus cum eo Judice Andrea de Troya Judice et assessore suo et notario Thomasio de potiniano Actorum Notario per Ducalem Excellentiam sibi datis essemus ad petitionem et Instanciam Virj nobilis Johannucis de Tebris Vicarij Venerabilis patris dominij Onufrij dej et Apostolice Sedis gratia Archiepiscopj Salernitanj Idem dominus Justiciarius auctoritate quarundem licterarum sibj A ducalij Excellentia transmissarum quarum tenor Inferius declaratur mandauit et Interloquendo pronunciauit Roberto de ysa Baiulo Baiulacione Casalium Ebolj quia vt publice dixit Idem dominus Justiciarius in suo mandato et Interlocutorio Jam dicto constitit Sibj plenarie quod Idem dominus Archiepiscopus uel eius officiales debebant et poterant ordinare Clausuras seu Barricia in Tenimento Pecte pro animalibus tantum proprjs et quatenus ipsis suis proprjs animalibus necessaria videbuntur et in illo Venarj uel aucupari pro libito Voluntatis. et arbores existentes in eo Incidere uel Incidi facere quociens eis Videbitur expedire quod Idem Robertus de ysa Baiulus non molestaret dictum dominum Archiepiscopum Vicarios familiares, et officiales suos super Clausuris Barricijs constructis uel construendis pro eorum proprijs animalibus tam Venacionibus et aucupacionibus exercendis et Incisionibus Arborum faciendis per eundem dominum Archiepiscopum uel eius officiales in Tenimento predicto. et quod pretextu fide maiorem quantitatem pecunie a vassallis dictj dominij Archiepiscopij Casa-

lium olibanj et Montis Corbinj quam ab alijs conuicinis non exigat. nec requirat. Tenor autem predictarum Ducalium litterarum per omnia talis est. Karolus Illustris Jerhusalem et Sicilie Regis Robertj primogenitus Dux Calabrie ac eius in Regno Sicilie Vicarius generalis Justiciario terrarum suarum parcium Principatus deuoto suo salutem et dilectionem sinceram. Conqueritur Venerabilis pater Archiepiscopus Salernitanus Consiliarius et familiaris paternus et noster quod Baiulj terre nostre Ebolj non patientes eundem Archiepiscopum Vtj libere tenimento suo et sue Salernitane maioris Ecclesie quod dicitur de Pecta sito in pertinencijs Ebolj prohibere dicuntur per eundem archiepiscopum et officiales suos in eodem tenimento Clausure pro suis animalibus fiant et more solito Barricia construantur et quod Arbores existentes in illo Incidantur ipsorum nomine uel per eos. quodque Venaciones exerceanur in ibj penitus Interdicunt. et sic querele subiungitur predictj Baiulj equalitatem debitam non seruantes ab hominibus Casalium olibanj et montis Corbinj Vassallis Archiepiscopij memoratj maiorem quam ab alijs conuicinis fide pretextu exigunt pecunie quantitatem. Super quibus nostre Prouisionis Implorato remedio deuocionj Vestre committimus et districte mandamus quatenus si sic est cum Vtj re sua nemo de Jure debeat prohiberj permictatis dictum Archiepiscopum nel officiales eius dictas clausuras seu Barricia pro animalibus tantum proprijs et non alienis et quatenus ipsis suis proprijs animalibus necessaria Videbuntur ordinare uel fierj facere in Tenimento prefato ac in illo Venarj uel aucuparj pro libito Voluntatis. et arbores proprias existentes in eo Incidere uel Incidi facere quociens eis Videbitur expedire. prefatos Baiulos quod maiorem fidam a Vassallis dictj Archiepiscopj nequaquam exigant quam ab alijs conuicinis quin Immo equalitatem seruent auctoritate presencium prohibentes et seruuarj per eos huiusmodj ordinationem nostram causa durante proposita Inuiolabiliter facientes. Datum Neapolj sub paruo sigillo nostro die decimo Marcij prime Indicionis. Vnde

ad futuram memmoriã et omnium quorum Interest et Interesse poterit certitudinem et cautelam prece et Instancia dicti Jobannucij Vicarij factum est de execucione huiusmodi presens publicum Instrumentum per manus mej predicti notarij Bartholomej Sigo meo signatum. Signis et subscripcionibus nostrum quj superius Judicum et subscripcionibus predictorum testium roboratum quod scripsi ego predictus Bartholomeus de Ascelino publicus Eboij notarius quj predictis omnibus rogatus Interfuj et meo signo signauj ».

✱ *Ego Qui superius Johel Judex*

✱ *Ego Quj superius Rao Judex*

✱ *Ego Jacobus potifredus miles testis sum*

✱ *Ego Johannes potifredus miles testis sum*

✱ *Ego Jacobus tuccillus miles testis sum*

✱ *Ego Judex Riccardus Potifredus testis sum*

✱ *Ego Judex Robertus massacanina testis sum*

✱ *Ego Judex laurencius de Alico testis sum*

✱ *Ego Judex Jacobus testis sum*

Seguono le altre sottoscrizioni (a).

**PRIVILEGIO DI FEDERICO II A FAVORE DELLA CHIESA SALERNITANA, A PETIZIONE ED ISTANZA DI ONOFRIO RICONOSCIUTO E CONFERMATO DA FEDERICO RE DI SICILIA.**

XLVIII. Se credeva Onofrio di non essere più obbligato ad implorare il soccorso delle supreme politiche autorità per gli affari della sua Chiesa, una faccenda che gli occorre nell'istesso anno 1318 gli dette occasione di farlo uscir dall'errore. Ma per far intendere di che si trattava è mestieri premettere, che esisteva un privilegio dell'imperatore Federico II, in virtù del quale tanto l'immissione delle merci e derrate appartenenti alla Chiesa di Salerno che l'asportazione delle

(a) Arc. III, num. 211.

medesime dovevano in tutt' i porti e dogane del regno andar esenti da qualsivoglia dazio e peso di contribuzione. Or accadde che nell' anno summenzionato gl' impiegati della dogana e gabella marittima della città di Palermo, a malgrado che fosse reso loro ostensivo un tal privilegio, o perchè nol riguardarono più degno di farsene alcun conto o per altro ignoto motivo, pretesero di assoggettare a dazi una quantità di generi commestibili che ricavati da' fondi della sua Chiesa Onofrio inviava nella città suddetta. Si vide egli dunque astretto di rivolgersi a quel re ( Federico d' Aragona ) per gli opportuni provvedimenti, il che eseguì per mezzo di un suo rappresentante il di cui nome era Niccolò di Daco. Per buona sorte ben altra disposizione di quella de' suoi doganieri mostrò il re per la Chiesa di Salerno e per una grazia e concessione accordata alla stessa da un suo predecessore; e però fu sufficiente che il Daco glie n' esibisse una copia autentica, perchè egli, dopo di averla col suo consiglio esaminata e riconosciutala immune da ogni indizio e carattere di falsità, si determinasse ad ordinare di aversene tutta la debita e conveniente considerazione e rispetto, dichiarando che gli articoli in lei contenuti dovessero inviolabilmente osservarsi. Di tutto l' operato intanto se ne compilò un pubblico e solenne atto, il di cui tenore leggesi ne' termini come qui appresso —

In nomine domini nostri Ihesu xpisti amen Anno a natiuitate eiusdem Millesimo trecentesimo decimoctauo Mense Junij die Vicesimo primo dictj mensis prime Indictionis Regnante serenissimo domino nostro domino Frederico de j gratia quidem Rege sicilie regnj uero ejusdem Anno Vicesimo tercio feliciter Amen. Nos Nicolaus de Cripto Judex felicis urbis panormj. bartholomeus de citelia superius puplicus predictae ciuitas notarius et testes subscriptj ad hoc uocatj specialiter et rogatj - presentj scripto puplico notum facimus et testamur. Quod accedens ad presenciam nostram dompnus Nicolaus de dato nuncjus venerabilis in xpisto patris domini Onufrij Salernitanj Archiepiscopi ostendit nobis et puplice legj fecit quasdam sa-

cras licteras predictj serenissimj dominj nostri Regis suo et  
 consueto Sigillo eiusdem dominj Regis nostri sigillatas - pro  
 eodem archiepiscopo directas Cabellotis Cabelle dohane maris  
 Ciuitatis Panormj continencie infrascripte - per predictos Ca-  
 bellones nuper ut ipse dompnus nicolaus asseruit - receplas  
 apertas licteras et debite executionj pro eodem archiepiscopo  
 iuxta quod eorum tenor exurgit demandatas - Et Rogauit nos  
 qui supra Judicem et notarium ac ex parte Regia Requisiuit  
 nostrum in hac parte officium implorando - ut cum ipse dom-  
 nus Nicolaus nomine ipsius domini archiepiscopi sueque ec-  
 clesie habere uelit de dictis Regijs licteris puplicum scriptum  
 deferendum per ipsum nuncium ad dictum dominum archie-  
 piscopum et per ipsum dominum archiepiscopum retinendum  
 in archiuio seu thesauro sue salernitane ecclesie tam ad cau-  
 telam eiusdem dominj archiepiscopi et successorum suorum ac  
 ecclesie memorate - quam ad perhibendum cum eo testimonium  
 ueritatj - qualiter uidelicet idem dominus Rex obseruato ipsius  
 archiepiscopi sueque ecclesie priuilegia et libertates ecclesie  
 supradicte dictas Regias licteras in formam puplicam proinde  
 reddigere et de eis scriptum puplicum predictum eidem dompno  
 Nicolao predicto nomine facere mej qua sua Judicis Judicialj  
 auctoritate anteponita - per manus mej predictj notarij pu-  
 plici deberemus. nos autem pelicionem et requisicionem dictj  
 dominj nicolaj iustas utpote ac racioni Consonas admittentes,  
 quia dictas Regias licteras uidimus legimus et inspeximus se-  
 riatim et eas inuenimus non abolitas non abrasas et non can-  
 cellatas - sed suj prima forma et figura consistere - ac omni ui-  
 cio et suspceptione carere - eas de uerbo ad uerbum nullo ad-  
 dito uel mulato seu eciam diminuto - in hanc presentem for-  
 mam puplicam auctoritate Judicialj mej - qua supra Judicis  
 interposita - tam ad cautelam dominj archiepiscopi et ecclesie  
 prefatorum - quam ad perhibendum cum eodem suprascripto te-  
 stimonium supradictum - per manus mej predictj notarij pu-  
 plici reddigendos duximus - et de eis presens scriptum pu-  
 plicum fiducialiter faciendum. Quarum licterarum tenor per



omnia talis est. Fridericus deus gratia Rex sicilie. Cabellotis Cabelle dohane maris Ciuitatis panormi fidelibus suis gratiam suam et bonam uoluntatem. Dompnus Nicolaus de daco nuncius Venerabilis in xpisto patris Onufrij Salernitanj archiepiscopi deuotj nostri pro parte et nomine ipsius archiepiscopi Coram Maiestate nostra presens exposuit - Quod cum ipse pridie infra primo preteritum mensem Madij hujus prime Indictionis immisisset in dicta Ciuitate panormj e fructibus et prouentibus dicte ecclesie - uinij grecj vegetes uigintj - et olej vegetes uigintj quinque vendendos per eum ad opus dictj archiepiscopi et sue ecclesie In Ciuitate predicta - vos quia tenorem priuilegiorum eiusdem ecclesie cernentes ab eodem dompno nicolaio Jus dohane ipsorum uini et olej indebite exigitis et requiritis - eum propterea multipliciter molestando. Et humiliter supplicauit super hoc nos dictis Archiepiscopo et ecclesie sue oportuno remedio prouideri - qua supplicacione benigne admissa - quia in quodam priuilegio ab olim indulto eidem Ecclesie per diue memorie serenissimum dominum Fridericum Imperatorem Romanorum et Regem Sicilie proauum nostrum ob reuerentiam et intuitum Beati Mathej apostolj et euangeliste - cuius Corpus in dicta salernitana ecclesia testimonio et cultu fidelium requiescit - ipsius que transumptum dictus dompnus Nicolaus in publicam formam redactum Curie nostre ostendit - continetur capitulum continencie talis - de habundantiorj gratia dicto archiepiscopo et successoribus suis Concedentes ut per totum Regnum nostrum quocunq; res et redditos suos miserint aut detulerint vendiderint - uel res aliquas per se - domibus - et familijs suis comparauerint - ab omni Jure diricture dohane portulaticj falangarij debilitj alijs seruicijs exactoribus po. .m uel viarum sint liberj penitus exemptj et uolumus immunitatem et libertatem ipsam dicto archiepiscopo Inuiolabiliter obseruari - Constito Curie nostre per patentes licteras dictj archiepiscopi nostre Curie presentatas - eundem dompnum Nicolaum vere nuncium suum ad uendicionem et distractionem Vinij et olej predictorum - et pro-

posito nichilominus eidem Curie nostre - per eundem dompnum nicolaum - vinum et oleum ipsa esse de fructibus et redditibus ecclesie supradicte - Corporalij et debito ad sancta deij euangelia Juramento - fidelitatj uestre mandamus quatenus predicto dompno nicolao pro parte et nomine dictj Archiepiscopi predictas libertatem et immunitatem quatenus in dicto continetur capitulo inuolabiliter obseruantes - ab eo uel alio pro eo - pro uino et oleo ipsis nihil aliquid exigatis uel recipiatis - eumque propterea nullatenus molestetis. pecunia quod contingente uos pro Juribus dohane predictae ratione immisionis et uendicionis uinj et olej predictorum de quantitate pecunie per uos Curie nostre debite ratione Cabelle ipsi - excomputarj uolumus auctoritate presentium et deducj sicut de Jure fuerit deducendum datum panormj decimo septimo Junij prime Indictionis Vnde ad futuram memoriam et quod de predictis Regijs originalibus licteris plene constet - presens puplicum scriptum ac predictis originalibus licteris transumptum - factum est per manus mej predictj notarij puplico meo solito signo signatum - mej predictj Judicis et testium subscriptorum - subscripcionibus roboratum. Actum panormj. anno mense die et Indictione premissis ».

\* *Ego Nicolaus de Cripta quj superius Judex me subscripsi*

\* *Ego Symon Ninj testis videns originales Regias licteras legi et me subscripsi*

\* *Ego Jacobus de Citella predictas originales Regias licteras*

\* *Ego Bartucius de pepio predictas originales Regias licteras Vidi legj et me subscripsi*

\* *Ego notarius Symon de liliano predictas originales Regias licteras vidi legj et me subscripsi*

\* *Ego Petrus vitella notarius predictas originales Regias licteras vidi legi et me subscripsi*

*Ego Bartholomeus de Citella qui supra puplicus predictae felicias urbis panormj notarius rogatus scripsi et meo signo signauj (a).*

(a) Arc. III, num. 212.

XLIX. La morte di Onofrio accadde l'anno seguente (1319), trovandosi egli in Roma come attesta l'eruditissimo Luco Vadingo o in Avignone secondo la relazione dello scrittore dell'Italia sacra (a), ed ebbe per successore Bertrando della Torre. Si apparteneva questi alla diocesi di Caturiges nella Guascogna ed era religioso de' frati minori. Promosso per gl'insigni suoi meriti al grado di ministro provinciale dell'Aquitania, si vide in tal qualità onorato de' più alti segni di fiducia da parte del sommo pontefice Giovanni vigesimosecondo (b), da cui fu perciò incaricato delle rilevanti commissioni che passerò succintamente a riferire. La prima ebbe per oggetto il ricondurre i frati minori della Gallia Narbonese che dicevansi spirituali, all'ubbidienza de' superiori dell'ordine ed al consorzio degli altri loro correligiosi detti *de communitate* da' quali si eran violentemente e con falsi ed astuti pretesti distaccati, ad imitazione di quelli di Toscana che avevano fatto altrettanto. Comechè l'autorità del proprio loro provinciale fu sperimentata insufficiente per richiamarli al dovere, sperò il papa che sarebbe per riuscire molto più efficace l'opera di un suo delegato straordinario e destinò per tale ufficio il nostro Bertrando; del rimanente per quanto zelo e destrezza spiegato avesse niente di meglio potè ottenere da que' ribelli, i quali sforniti di ogni spirito di umiltà e di obbedienza non ebbero difficoltà di resistergli apertamente mostrandosi piucchè mai decisi di sostenersi nella loro separazione (c). Passando

---

(a) Il primo, in fatti, de' citati autori scrive, parlando del successore di esso arcivescovo « Vacabat sedes per mortem Onufrii in urbe defuncti » laddove il secondo dopo di aver fatto conoscere che occupò il grado di arcivescovo per anni sei soggiugne che « mortuus est anno 1319 Avenione ibidem tumultatus ».

(b) Succeduto a Clemente V nell'agosto dell'anno 1316.

(c) « In Gallia Narbonensi Fratres ex Ordine Minorum, qui spirituales dicebantur pessimum exemplum eorum Tusciae sequuti; vio-

ora alla seconda commissione è da premettersi, che per l'allontanamento de' sommi pontefici dall'Italia che preferirono di far residenza in Avignone, a troppo gravi calamità rimase esposta la penisola cagionate soprattutto dagli odi che si nutrivano scambievolmente le famigerate fazioni de' guelfi e ghibellini, e le quali, non avendo chi colla sua presenza potesse raffrenarle, erano eccitatrici e fomentatrici di discordie, di contese e di sanguinose guerre non solo di stati contro stati e di provincie contro provincie, ma e di città contra città ed anzi d'individui dell'istessa città contra i loro concittadini (a). Non era così poco avveduto Giovanni XXII da non com-

*lenter et capitose ab obedientia Superiorum Religionis, et a consortio aliorum Fratrum, qui de communitate dicebantur, abalienati, se subtraxerant, et ad eos reducendos cum non sufficeret Minister Generalis auctoritas, summus Pontifex Bertrando de Turre Provinciae Aquitaniae Ministro id muneris commisit, qui et ipse nihil proficere potuit; capitosi enim et pervicaces, nil humilitatis et obedientiae habentes, sed spiritu superbiae acti Commissario Apostolico restiterunt, quadam appellatione interposita. Supp. p. Antonii Melissani de Macro ad annales Lucae Waddingi, in an. Christi 1317 ».*

(a) Questa verità riconosciuta e confessata da tutti gli scrittori di retto pensare, che hanno quindi preso argomento a riflettere su quanto importi all'Italia che i papi dimorino in mezzo ad essa trovasi espressa nelle seguenti parole del dotto annalista de' frati minori « Romani Pontificis ex Italia recessus, et sedis Apostolicae in Galliam translatio quantam calamitatem induxerit, vel hoc ipso tempore urbes et Provinciae universae Italiae magno suo probarunt malo. Regna adversus Regna bellabant, Provinciae hostiliter semet invicem depascebant, Civitates potentiores vel levissima sumpta, vel efficta occasione vicinas depopulabantur, et quod miserabilius videbatur, in una eademque urbe intestina grassabantur bella, nec sanguini aut virtuti parcebatur, ita effervescente odio et studio partium contrariorum Guelfae et Gibellinae gentis, quas ad perniciem Italiae humani generis hostis ex orco suscitavit. Praesente pacis arbitro, et Regis Pacifici Vicario odia comprimebantur, aut enatae simultates confestim extinguebantur, missis opportune nunciis pacis, qui diffidentes animos conciliarent ». Così egli nell'introduzione a' fatti dell'anno 1317.

prendere la gravezza di siffatti mali da cui era agitata la penisola, nè sì poco dimentico de' suoi doveri che non pensasse a' modi di rimediarvi: e non bastandogli l'animo per determinarsi a lasciare il suolo natio (a) e stabilirsi nella vera e propria sua sede, cercò di avvalersi del mezzo di suoi nunzi e delegati, eleggendo a tale incarico Bertrando Guidone religioso dell'ordine de' Predicatori, inquisitore del santo ufficio in Francia, ed il predetto Bertrando della Torre; che munì delle più ampie facoltà conducenti allo scopo, rimettendosi per l'esercizio di esse alla loro sagacità e prudenza. I documenti della commissione di cui si tratta resi già di ragione pubblica per cura del sullodato autore degli annali dei frati minori possono leggersi a piè di pagina (b): rimanendo

(a) Era egli, in fatti, di Cahors città di Francia, ed aveva regulate le chiese prima di Freijs e poi di Avignone.

(b) *Dilectis filiis Fratribus Bertrando Guidonis de Ordine Praedicatorum, Inquisitori haereticae pravitatis in Regno Franciae, per sedem Apostolicam deputato: et Bertrando de Turre Ordinis Fratrum Minorum Ministro Provinciali Aquitaniae salutem et Apostolicam benedictionem. Etsi pacis hostis invidus caritatis jactum a longis retro temporibus discordiae semen inter dilectos filios, Duces, Marchiones, Comites, Barones, Potestates, Nobiles, et Magnates, Capitaneos, Rectores, Consiliarios, Communitates, et universos cives, et incolas, ac personas alias Ecclesiasticas et seculares Italiae mortiferis satagat nutrire fomentis: Nos tamen spe multa concepta, quod Regis pacifici, qui auctor est pacis et operum ejus amator, cujusque in ortu per Angelos pax fuit bonae voluntatis hominibus nunciata, in hoc vincet clementia ejus, ipsiusque fratribus metam ponet, Regis ejusdem beneplacitis, cujus licet immeriti vicem exerceamus in terris, humilitatis nostrae studia, in quantum nostra possibilitas patiatu coaptare volentes, plenius nimirum desideramus affectibus, ut ejus discordiae seminariis amputatis, et fomite dissensionis extincto, sic inter personas easdem pacis solidae foedera reformentur, quod eadem invicem animarum identitas, et eadem vigeat concordia voluntatum. Nostrum itaque circa praemissa desiderium cupientes impleri, ac de probatae fidei vestrae constantia et industria circumspeditionis expertae, plenam in Domino fiduciam obtinentes, tractatuu*

tuttavia a farsi cenno di due altre più particolari incombenze pontificie che dovettero i due Bertrandi eseguire. Tali furono quella di metter termine a' dissidi che si erano ecci-

et reformationem pacis hujusmodi, eamque tangentia vobis praesentium auctoritate, de Fratrum nostrorum consilio, duximus commendanda, discretioni vestrae districtius injungentes, quatenus vos vel alter vestrum, ad partes illas vos personaliter conferentes, inter Duces, Marchiones, Comites, Barones, Potentes, Nobiles, et Magnates, Potestates, Capitaneos, Rectores, Consiliarios, Communitates, et universos cives et incolas ac personas alias antedictas ad pacem et concordiam, juxta datam vobis ex alto prudentiam, sollicitis monitis et efficacibus persuasionibus inducatis, ut eo auxiliante qui est pax nostra, vestraque cooperante solertia; tam utilis, tamque optanda concordia possit celeriter provenire. Ut autem in hoc impedimenti vel obstaculi seu turbationis cujuslibet tollatur occasio, dissolvendi, vacuandi, incitandi, et revocandi omnes pactiones, obligationes, confederationes, et colligationes inter Duces, Marchiones, Comites, Barones, Potentes, Nobiles et Magnates, Potestates, Capitaneos, Rectores, Consiliarios, Communitates, et universos cives et incolas ac personas alias antedictas quomodolibet initas, juramento vel quacumque alia firmitate vallatas, necnon et relaxandi hujusmodi, et alia quaelibet juramenta, a quibuscumque praestita, per quae nutrir discordia, et pacis bonum posset quomodolibet impediri, prout ea secundum Deum videritis, dissolvenda, vacuanda, irritanda, revocanda, seu ea relaxanda, et insuper contra quoscumque pacis hujusmodi turbatores seu impeditores, sive cives, et incolae, seu quicumque alii undecumque fuerint, et cujuscumque dignitatis et conditionis vel status existant procedendi, eosque per censuram Ecclesiasticam et aliis remediis, de quibus vobis expedire videbitur, compescendi. Non obstante si eis aut eorum aliquibus, vel alicui, sit a Sede Apostolica indultum, sub quacumque forma vel conceptione verborum, quod interdicti, suspendi, vel excommunicari, aut eorum terrae Ecclesiastico interdicto supponi quavis auctoritate non possint, et qualibet alia diete sedis indulgentia generali vel speciali cujuscumque tenoris existat, per quam praesentibus non expressam, vel totaliter non insertam, effectus rerum impediri valeret quomodolibet, vel differri, vobis et vestrum cuilibet plenam et liberam concedimus tenore praesentium facultatem. Ab hujusmodi autem facultatis concessione spe-

tati tra Roberto re di Napoli da una parte, ed Amedeo IV conte di Savoia, Manfredi marchese di Saluzzo, Filippo principe del Piemonte o Matteo Visconte padrone dello stato di

cialiter et expresse excludimus Regnum Siciliae, et totam terram, quae est citra Pharum usque ad confinia terrarum Romanae Ecclesiae, cum ad reformationem illarum ordinaverimus speciales alios nuncios destinare. Datum Avenione Kal. Martii Pontificatus nostri anno I.

Dilectis filiis Fratribus Bertrando Guidonis de Ordine Praedicatorum Inquisitori haereticae pravitatis in Regno Franciae per Sedem Apostolicam deputato: et Bertrando de Turre Ordinis Fratrum Minorum Ministro Provinciali Aquitaniae salutem et Apostolicam Benedictionem.

Vocatis nobis, licet insufficientibus meritis, ad Apostolatus officium, occurrit, quasi confestim, considerationis nostrae conspectui inveterata illa dissensio, quam ab olim in Tusciae et Lombardiae partibus incensor malorum omnium suscitavit, cujus amaras circumstantias dum revolveremus in mente, nostris se obtutibus ingesserunt, et ingerunt animarum pericula, Christiani sanguinis non levis effusio, et lapsus intollerabiles facultatum.. In singulis etenim fere civitatibus, castris et villis partium earundem, incolarum animis per domestica, et particularia odia concitatis, et non solum inter se discordiis publicis obfirmatis alterutrum, sed et illismet in seipsis divisus in partes, adeo concitationis et discordiarum hujusmodi processit iniquitas, quod ad interemptionem propriam suis iidem incolae viribus non contenti, nationes ad id etiam barbaras advocarunt. Haec quidem nostri cordis intima stimulant acutis stimulis, nostrum interpellant officium, moveat et excitant paternae compassionis affectum, ut ad occurrendum per opportuna remedia tantis discriminibus exurgamus. Quia igitur ad nos, qui licet immeriti, vices Regis pacifici gerimus, et plenitudine fungimur potestatis Apostolorum Principis suisque successoribus ex alto concessae, singulariter pertinet in universali Ecclesia, cuuctave congregatione Fidelium pacem quaerere, ac ipsam facere diligentius observari, ut vobis, quos ad partes ipsas pro tractanda et reformanda concordia inibi destinamus, ad id, juxta nostrum desiderium, via eo paratior, eoque faciliior pateat, quo ipsarum partium incolae dissidiorum turbine quatiuntur inter partes, quas Guelpham et Gibellinam vulgus appellat, necnon inter dilectos filios nobiles viros universos, Duces, Marchiones, Capitaneos, alios-

Milano da un'altra, avendo questi ultimi unite insieme le loro armi per sottrarre al primo il dominio delle città di Asti e di Cuneo nella regione subalpina che si erano a lui sotto-

que Rectores, Communitates ac Universitates, ac personas intrinsecas et extrinsecas Civitatum, Castrorum, et aliorum locorum, per Tusciam et Lombardiam constitutas, praedictis adhaerentes partibus, aut alias ad invicem guerrarum dissidiis prosequentes treguas, quarum foedus pacis iudicet imaginem, auctoritate nostra inter eos videlicet et usque ad id tempus, de quibus videritis expedire, et in omnes et singulas treguas infringentes easdem aut quomodolibet non servantes, excommunicationis sententiam promulgandi. Non obstante si eis aut aliorum alicui sub quacumque forma et conceptione verborum a sede Apostolica sit iudultum, quod excommunicari non possint per litteras sedis ejusdem non facientes plenam et expressam, ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem, et qualibet alia dictae Sedis indulgentia generali, vel speciali, cujuscumque tenoris vel expressionis existat, per quam effectus praesentium impediri possit, vel quomodolibet retardari, nec non treguas hujusmodi sic indictas, et excommunicationis sententiam promulgatam ubicumque, et quibuscumque vobis expediens fore videbitur, per vos, vel alium, seu alios notificandi ac solemniter publicandi. Et nihilominus omnes et singulas promissiones, obligationes, confaederationes, colligationes super hujusmodi dissensionibus seu discordiis nutriendis, inter quoscumque, et a quibuscumque quomodolibet initas, veluti contra bonum pacis praesumptas illicite et attentatas in divinae majestatis offensam, et quascumque poenas adjectas, ac juramenta praestita super illis, sub quibuscumque modo, forma, vel expressione verborum: Praesertim cum juramentum vinculum iniquitatis esse non debeat, quae nos ex nunc nulla fore decernimus, et quatenus de facto processerint irritamus, nulla et irrita nunciandi plenam et liberam vobis et vestrum cuilibet concedimus tenore praesentium facultatem. Datum Avenione Kal. Martii. Pont. nostri anno primo.

Universis Ecclesiarum Praelatis, Ducibus, Marchionibus, Comitibus, Baronibus et aliis nobilibus Magnatibus, necnon Potestatibus, Capitaneis, cunctisque Rectoribus et Consiliariis, Communitatibus, Universitatibus et personis Civitatum, Castrorum et aliorum locorum, ceterisque tam Clericis, quam laicis per partes Italiae constitutis salutem et Apostolicam benedictionem.



messe, e quella, in fine, di comporre le terribili discordie insorte nella città di Genova per effetto delle fazioni guelfa e ghibellina che cercavano di scambievolmente soppiantarsi,

bi dari pro secunda dilacione terminum competentem qui abbas franciscus Judex ut supra dedit eidem notario Robberto presenti et petenti pro dicta secunda dilacione terminum competentem. presente dicto notario nicolao et allegante quod dicta secunda dilacio dari non deberet. pro eo quod lapsus erat terminus prime dilacionis date eidem. Demum coram predicto abbate francisco Judice delegato ut supra constitutus dictus Abbas Matheus Mariconda Juratus et Interrogatus per predictum Judicem delegatum super predictis articulis oblati per predictum presbiterum nicolaum seu eius procuratorem ad petitionem eorum dixit et respondit prout in fine Vnius cuiusque articuli continetur. nec non certus terminus datus fuit ad comparandum et procedendum in dicta causa quod de Jure fuerit. Post que comparantibus dictis partibus coram predicto abbate francisco Judice delegato ut supra in Judicio et apud acta dictus notarius nicolaus petijt sibi dari terminum competentem pro prima dilacione cui notario nicolao procuratori ut supra pro predicta prima dilacione certus terminus fuit concessus. Iterum dictus notarius nicolaus procurator predictus comparuit coram predicto abbate francisco Judice delegato ut supra in Judicio et pro secunda dilacione datus fuit certus terminus preceptorius notario nicolao procuratori predicto. Post que coram predicto abbate francisco Judice delegato ut supra comparantibus predictis in Judicio et apud acta. dictus procurator predicti abbatis Mathei petijt committi audienciam quorundam testium Videlicet domini Bartholomei de Capua. Roberti de Capua. domini Johannis grilli. Judicis Nicolai scattarentici et domini Marini damaregi Nec non petijt eciam dilacionem secunda non elapsa. qui abbas franciscus Judex delegatus ut supra dedit ad respondendum super predictis certum terminum competentem - nec non certus terminus datus fuit per eundem Judicem delegatum dicto notario Robberto ad allegandum super eo Videlicet quod dicta secunda dilacio dari non potuit de Jure. Demum coram predictis Judicibus delegatis comparuit in Judicio et apud acta dictus notarius nicolaus procurator predictus et certas excepciones produxit ac eciam presentavit - quas quidem excepciones dicti Judices delegati ut supra receperunt et admiserunt quatenus recipi et admitti debent saluo Jure Imperpetuum. Postque dictis partibus comparantibus coram predicto abbate matheo Judice delegato ut supra in Judicio et apud acta et ipsis presentibus et petentibus fuit certus eis terminus ad audiendum interlocutoriam super predicta

1328, vacando la chiesa di s. Felice di Nocera per effetto di

dilacione secunda concessus. quo termino Veniente - dicte partes presentes coram predicto abbate Matheo Judice delegato ut supra in Judicio et apud acta comparuerunt et ipsis partibus presentibus allegatum fuit ex parte dicti notarij Roberti procuratoris ut supra dictam secundam dilacionem non tenuisse - ea Videlicet causa quod data fuit parte non per contumaciam absente - et eodem instante datus fuit certus terminus predicto procuratori predicti abbatis Mathei petenti pro secunda dilacione ad probandum prestito prius Sacramento per eundem procuratorem predicti Abbatis Mathei - quod predicta prima dilacione fuit impeditus in productione testium predictorum - nec non eodem instante commissa est audiencia testium predictorum nominatorum per eundem notarium nicolaum procuratorem ut supra per eosdem Judices delegatos de Voluntate parcium predictarum per licteras eorundem. Archidiacono Caputaquensi nec non eciam dicto presbitero nicolao de landulfo ad respondendum positionibus oblatis per predictum notarium nicolaum procuratorem predictum certus terminus datus fuit - de inde uero certi testes citati legitime ad petitionem predicti Abbatis Mathei seu eius procuratoris de mandato predicti Abbatis francisci Judicis delegati ut supra comparuerunt coram Abbate francisco Judice delegato ut supra et producti per eosdem Abbatem Matheum et eius procuratorem in causa predicta. qui Jurauerunt ad sancta dei Euangelia corporaliter tacta illam dicere Veritatem quam scirent et Vnde erunt interrogati. remotis parte - precio - timore - odio uel amore presente notario Roberto Bello procuratore partis alterius et protestante contraria pars et dicenda per eos. Post que dictus presbiter Nicolaus landulfi de Olibano coram predictis Abbate Matheo et Abbate francisco Judicibus delegatis ut supra in Judicio et apud acta Jurati et interrogati per predictos Judices super excepcionibus supradictis ad petitionem predicti procuratoris predicti Abbatis Mathei dixit et respondit prout in fine Vnius cuiusque capitaliter continetur. De inde uero per eosdem Judices delegatos certus terminus datus fuit dicto notario nicolao procuratori predicto ad produendum testes Juratos et per eum productos coram predicto Abbate francisco Judice delegato ut supra. Demum nero coram predicto abbate Matheo Judice delegato ut supra predictis partibus comparentibus in Judicio et apud acta - allegauit procurator dicti Abbatis Mathei Mariconde quod ex parte ipsius non stetit quin dicti testes examinarentur - set ex defectu Judicum qui noluerunt uel non interfuerunt in

rinunzia data dall' antecedente suo cappellano o beneficiato

loco Judicij - quod paratum erat predicta probatione qui Judex ad conuincendum ipsius partis maliciam - ad dictos testes examinandos certum terminum dedit eidem. Postque predicti testes Jurati et producti ex parte predicti Abbatis Mathei Mariconde et eius procuratoris in secreto - et loco Judicij diligenter examinati fuerunt per predictum Abbatem Matheum Judicem delegatum ut supra - et per eundem notarium Philippum dardanum actorum notarium in scriptis fideliter sunt reddacta - quorum dicta et attestaciones in actis et processu predictis Vidimus plenius contineri. Postmodum uero coram predicto Abbate Matheo Judice delegato ut supra comparuerunt dicti presbiter nicolaus et eius procurator. et certa Instrumenta et Cautelas alias ac priuilegia alia produxere in Judicio et apud acta - quorum tenores in actis et processu predictis continentur aparte. Postque constitutus dictus notarius Nicolaus procurator predicti Abbatis Mathei mariconde coram predictis Abbate Matheo et Abbate francisco. et procuratorio nomine et pro parte ipsius cuius est procurator - quamdam appellacionem in scriptis interposuit in Judicio et apud acta - qui quidem Iudices ipsam appellacionem receperunt et admiserunt si et quatenus recipi et admitti debent et possunt de Jure. et eodem instante dicti Iudices post predictam appellacionem interpositam ut supra non credentes dictam partem ipsius Abbatis Mathei et eius procuratoris grauasse - sed siquid grauamen intulerunt eidem quod non credunt reuocant et annullant. presentibus ambabus partibus supradictis. De inde uero comparuit coram predicto abbate Matheo Judice delegato ut supra notarius nicolaus triminus procurator predictus et certa priuilegia. Instrumenta et Cautelas alias produxit. et presentauit in Judicio et apud acta - quorum tenores in actis et processu predictis continentur aparte. Postque comparuit predictus dompnus nicolaus coram predicto abbate matheo Judice delegato ut supra petens procedi in causa predicta quatenus de Jure fuerit - ad cuius petitionis instanciam mandatum fuit Rogerio de Vrsone clerico et nuncio ad hanc causam quod mandaret predicto abbati Matheo seu notario nicolao predicto eius procuratori quod certo termino compareret coram predicto Judice delegato processuro in causa predicta prout fuerit racionis. Postque dictus nuncius retulit se mandasse predicto notario nicolao procuratori predicti Abbatis Mathei principaliter prout in eodem seriusius continetur. nec non in termino constituto predictus dompnus nicolaus coram predicto abbate Matheo com-

che chiamavasi Corrado di Altavilla, passò egli a conferirla

paruit - et petijt procedi in causa predicta in contumaciam partis non comparentis post horam debitam expectatam - et predictae partis contumaciam accusavit. qui abbas Matheus Judex ut supra ad eiusdem abbatis Mathei seu procuratoris ipsius maliciam convincendam prorogavit certum terminum ad predicta Veniente uero dicto termino coram predictis abbate Matheo et abbate francisco Judicibus delegatis ut supra comparentibus dictis partibus - procurator predicti presbiteri nicolai petijt in causa predicta procedi et dicta testium publicari. procurator uero partis aduerse non consensit publicari dicta testium predictorum pro eo quod dixit se habere aliquos testes Videlicet dominum Johannem Grillum et aliquos alios testes qui sunt extra Regnum Videlicet in Curia Romana - per quos credebat Intencionem partis sue probari - et petijt sibi pro causa predicta pro tertia dilacione terminum competentem. qui Judices dederunt eidem notario nicolao presenti pro dicta tertia dilacione certum terminum ad probandum - Juramento prius posito per eundem quod non petiji maliciose predicta. Postmodum uero coram predicto abbate francisco Judice delegato ut supra Imfrascripti testes citati eciam legitime de mandato predicti Judicis delegati ad petitionem et instantiam dictorum abbatis Mathei et eius procuratoris et producti per eos coram Judice memorato Jurauerunt ad sancta dei Euangelia corporaliter tacta illam dicere Veritatem quam scirent et Vnde erunt interrogati super excepcionibus per predictum abbatem Matheum seu ad procuratorem oblatis ut superius continentur remotis parte - precio - timore odio - vel amore. presente notario Roberto Bello procuratore partis alterius et protestante contraria pars et dicenda per eos. Demum uero coram prefato abbate Matheo Judice delegato ut supra comparentibus in Judicio dictis partibus predictus notarius nicolaus procurator ut supra asseruit se infra predictum terminum produxisse. certos testes coram predicto abbate francisco coniudice suo - qui Jurauerunt in forma et ipsos examminari petijt super excepcionibus suis predictis - cum per eum non stetisset quin dicti testes examminarentur. Ad quod notarius Robertus Bellus procurator partis alterius allegavit et dixit - quod predicti testes non sunt examminandi post terminum predictum - ex eo quod debuerint examminari infra terminum iam elapsam dicte tercie dilacionis quo non obstante dictus Abbas Matheus Judex delegatus ut supra certum terminum dedit eidem notario nicolao procuratori iandicto ad examminandum te-



In persona di un certo Guglielmo figlio di un tal Cesario Co-

stes eosdem alias non audientur ad examinacionem ipsorum. De inde uero coram prefato abbate Matheo Iudice delegato ut supra predicti testes Jurati coram predicto abbate francisco coniudice suo et producti ut supra dicitur in secreto et loco Iudicij diligenter examinati fuerunt per eundem abbatem Matheum Iudicem delegatum predictum - et per predictum notarium philippum actorem notarium ut supra in scriptis fideliter sunt reddacta - quorum dicta et actestaciones in actis et processu predictis Vidimus plenius contineri. Postque coram prefato abbate Matheo Iudice delegato ut supra comparentibus in Iudicio dictis partibus, dictus Abbas Mathens Iudex delegatus iamdictus mandauit dicta testium publicari et aperturam locius processus fieri interrogata prius parte Videlicet dicto abbate Matheo mariconda et dicto notario nicolao eius procuratore si Vellent quartam dilacionem iuxta formam Juris, dictus principalis antequam responderet dixit se non habere aduocatum - sed eo habito uult eum consulere super hijs, nec non petijt antequam fieret apertura dicti processus copiam terminorum datorum in causa predicta - et hijs habitis paratus erat procedere in premissis. qui abbas Matheus Iudex delegatus ut supra Vehementer suspicans quod causa frustandi Iudicium predicta petebantur ex multis dictis habitis per eosdem abbatem Matheum maricondam et eius procuratorem non admisit eosdem - ex eo quod pretextu absencie patroni iam habiti causa non debeat procelari... nie suum debitum assequatur - et ideo mandauit testes productos per partes ambas predictas publicari - et processum locius cause aperiri - ad que non consensit notarius nicolaus prefatus, nec non per eundem Iudicem delegatum eodem instanti - facta fuit publicacio omnium testium productorum per partes easdem omnium accitatorum in causa eadem - et datus fuit certus terminus ad recipiendum copiam ex eisdem. Postque coram prefato abbate francisco Iudice delegato ut supra. Comparuit presbiter nicolaus de landulfo predictus et protestatus fuit quod per compiam suam non intendit remouere dictum notarium Robertum procuratorem suum ad causam predictam - nec non in ipso instante comparuerunt predicti dompnus Nicolaus et notarius Nicolaus predictus procurator ut supra, et dictus dompnus Nicolaus allegauit quod ipse erat restituendus in possessione a qua extitit spoliatus. In cuius contrarium allegatum fuit per aduocatum dicti notarij nicolai procuratoris iamdicti quod predicta fieri non debent de Jure - antequam in causa ipsa detur tempus competens secundum locorum

pula di Salerno, committendo ad un prete di nome Riccardo

distanciam ad reprobandum testes productos per dictum dompnum Nicolaum seu procuratorem ipsius - qui in causa ipsa Videntur deponere - et ante quam in causa ipsa ordo alius Judiciarius obseruetur - in probando-reprobando - Rubricando - disputando - concludendo - et renunciando - eo maxime quia libellus oblatus erat lite contestata - sacramentum calupnie prestitum - et alia substancialia usque ad sententie conclusionem quibus omnibus dictus abbas franciscus Judex delegatus ut supra certum terminum assignauit eisdem - ad dandum exinde allegaciones in scriptis. De inde uero coram prefato abbate francisco Judice delegato ut supra constitutus dictus notarius Robertus Bellus procurator ut supra in Judicio et apud acta fecit substituit et constituit procuratorem in tota predicta causa et emergentibus ex ipsa notarium Bonthucium Castellomata presentem et onus procuracionis huiusmodi in se sponte suscipientem cum omni sollepnitate debita ac etiam oportuna presente dicto presbitero nicolao landulfi in ipsa causa principali consentiente ac etiam ratum habente predicta. Demum coram predicto abbate francisco Judice delegato ut supra comparuerunt predictae partes Videlicet dictus Notarius Bonthucius procurator substitutus ut supra - et dictus notarius nicolaus procurator predictus, et dictus Judex delegatus pronunciauit dictum presbiterum nicolaum non esse restituendum nunc sed reseruata defensione parti aduerse seu si aliquid dicere seu probare Voluerint contra testes seu cautelas productos et productas - pro parte predicti nicolai seu partis ipsius et in ipso instante dictus notarius Bonthucius - ad causam interlocutoriam appellauit - ad dominum fratrem Arnaldum Archiepiscopum supradictum. Postque coram prefato abbate Matheo Judice delegato ut supra comparentibus predictis partibus citacione legitima precedente in Judicio et apud acta - et dicte partes principales et procuratores earum Voluntarie renunciauerunt testibus productis hinc inde per partes easdem et dictis eorum - et Voluerunt ipse partes quod dicta predictorum testium habeantur ac si producta non essent - Nec non in ipso instante ad disputandum super processu predicto - et ad dandum allegaciones in scriptis certus terminus datus fuit. Postmodum uero coram prefatis abbate Matheo et abbate francisco Judicibus delegatis ut supra. comparentibus predictis partibus in Judicio et apud acta. et dictis Abbati Matheo - et eius procuratori certus terminus datus fuit - ad producendum siquas habebant Cautelas ad causam eandem, quo termino Veniente predictus abbas Matheus Mariconda - quoddam

Brencola di metternelo in possesso (a). Finalmente nell'anno

privilegium quondam domini Onufrij Archiepiscopi Salernitani concessio abbati Riccardo de Capua - et procuratorio nomine et pro parte ipsius opposuit se predictis et proinde in scriptis in Judicio et apud acta. coram abbate Matheo predicto Judice delegato ut supra. Postque dicte partes in Judicio et apud acta comparuerunt coram prefato abbate Matheo Judice delegato ut supra et mandatum fuit eis per eundem Judicem concludi super causa predicta. qui notarius nicolaus procurator dicti abbatis Mathei non consensit nulla causa legitima assignata nec uoluit concludere in eadem. alia parte Volente et petente. qui Judex conclusit et pro concluso habuit in causa predicta - et certus terminus fuit datus ad sententiam audiendam. partibus supradictis. Postmodum uero comparuit coram predictis abbate Matheo et abbate francisco Judicibus delegatis ut supra notarius Matheus galla procurator predicti Abbatis Riccardi de Capua - et procuratorio nomine et pro parte ipsius opposuit se predictis et proinde in scriptis in Judicio et apud acta predictorum Judicum - quandam petitionem fecit prout in actis et processu predictis Vidimus conti-

(a) « Frater Arnaldus dei gratia Salernitanus Archiepiscopus Dilecto nobis in xpisto. Guillermo filio domini Cesarij copule de Salerno Militis phisici ducalis. Salutem in domino. Tue probitatem Indolis Attendentes. ob patris tui exigentiam meritorum. Contemplacione precipue Magnifici Viri domini Riccardi de Brussono pro te cum Instancia subplicantis Ecclesiam sancti felici de nuceria nostre diocesis. Vacantem ut dicitur per renunciacionem presbiteri Corradi de Alta Villa Rectoris eiusdem factam coram Judice et notario nobis absente prout in quodam Instrumento puplico continetur. Tibi tamquam benemerito Absque Alieni Juris preiudicio. presencium Auctoritate conferimus - Inuestientes pro te Johannem Ayronis Canonicum Salernitanum per nostrum Annulum de eadem Commicentes presbitero Riccardo Brencola Vt te in corporalem possessionem ipsius Ecclesie. omniumque Jurium et pertinenciarum eiusdem. Inducat Juribus nostris ac nostre salernitane Ecclesie et alterius cuiuscumque in omnibus semper saluis. Datum Neapoli. Anno domini. Millesimo. Trecentesimo Vicesimo octauo. quintodecimo die Mensis Aprilis. Vndecime Indictionis - Pontificatus Sanctissimi patris et domini domini Johannis diuina prouidencia pape XXIJ. Anno XIJ » (1).

(1) Arc. III, num. 217.

1329, il di lui predetto vicario generale, Guglielmo di Gio-

neri. Postque coram dicto Abbate Matheo Iudice delegato ut supra comparentibus dictis partibus in Iudicio et apud acta et dicto notario Barthucio petenti et Volenti ad recipiendum copiam de predictis et ad allegandum - an dicta peticio sit admittenda - uel non certus terminus datus fuit. quo termino Veniente dicti Iudices delegati auditis allegacionibus parcium earundem interlocuti fuerunt dictum abbatem Riccardum admittendum non esse ex iustis causis suo loco et tempore declarandis - et in ipso instante dictus notarius Matheus procurator ut supra Viva uoce appellauit ad sanctissimum in xp̄isto patrem et dominum dominum Joanem. papam Vicesimum secundum petens sibi dari exinde apostolos et processum - Postque coram predictis Iudicibus delegatis dictus notarius Matheus procuratorio nomine et pro parte ipsius abbatis Riccardi de Capua ad predictum dominum Joannem. papam Vicesimum secundum appellauit in scriptis. petens ut supra apostolos et processum cause predicte quam quidem appellacionem ut pote friuolam dicti Iudices minime admiserunt pro eo quod tarde se opposuit cum longe ante habuerit conscienciam dicti processus. et ex certis iustis et racionabilibus causis que mouerunt eosdem. Postmodum uero comparuit dictus notarius nicolaus procurator dicti abbatis Mathei mariconde - et ex certis causis dictos Iudices recusauit suspectos - prout in quadam petitione recusacionis inde oblata coram predictis Iudicibus continentur aparte - qua quidem petitione seu excepcione reusacionis admissa per Iudices memoratos prefatus dompnus Archiepiscopus ad se negocium reuocauit, et nobis eandem questionem commisit determinandam sine debito ut prefertur iuxta acta Iudicum predictorum adhibito pro notario nobiscum dicto notario Philippo dardano ad conscribendum acta in premissis et emergentibus ex eisdem prout in nobis Iniungitur per licteras domini Archiepiscopi supradicti. predictum itaque processum Videntes iterum et iterum examminantes eundem Inuenimus quod tam predictus dompnus nicolaus actor. quam abbas Matheus Mariconda conuenerunt sponte. Renunciauerunt testibus in causa ipsa productis et dictis eorum - ita quod noluerunt stare attestacionibus eorumdem - immo Voluerunt expresse quod haberentur pro nullo modo productis. Cum igitur testibus sic exclusis processui et priuilegijs potissime esset standum et animus Iudicis ex predictorum solum informacione. informandus sit ad sententiam proferendam - Et liquide constet predictum Reuerendum in xp̄isto patrem et dominum. dominum Arnaldum

vanni emanò fuori una sentenza colla quale decideva che le

dei et apostolice sedis gratia Salernitanum Archiepiscopum prefatam terciam partem Ecclesie sancti Georgij de Ebulo Vacantem per mortem quondam abbatis Manfredi Curialis de salerno contulisse Canonicè predicto dompno nicolao - ac Inuestisse eundem - nec non et dictum dompnum Nicolaum constet fuisse in possessione dicte terciè partis prefate Ecclesie racione concessionis et Inuesticionis predictè licet prefatus abbas Matheus conuentus per quasdam licteras Abbatis Riccardi de Capua ipsius sigillo signalas - ut dicitur probauit quod de predicta tercià parte predictè Ecclesie sancti Georgij per eundem abbatem Riccardum fuit institutus. predicta instructio nullam potest habere roboris firmitatem - cum de Jure canonico collatio predictè terciè partis nullo modo ad eundem pertineat nec probauit ad eum pertinere collacionem de consuetudine uel aliquo priuilegio speciali et collatio predicti domini Archiepiscopi de Jure canonico obtineat et pro eo omnes leges et omnia Jura clamant. Constat quod per aliqua priuilegia presentata per eundem dompnum Nicolaum seu procuratorem ipsius coram Judicibus memoratis. quod Archiepiscopi Cesarij. Philippus et Guillelmus contulerunt census ipsius Ecclesie in beneficium certis clericis prout in eisdem priuilegijs continentur - et sic non est Verisimile - quod tercià pars predicta - de qua questio uertebatur speciali Jure censeatur - cum Vna et eadem res diuerso Jure non debeat iuxta canonicas sauciones. Vnde habito cum deliberacione meliori sapientum consilio diligenter citato de mandato nostro peremptorio per certum nuncium ad hoc per nos electum dictis partibus scilicet abbate Matheo et procuratore ipsius - et dicto dompno nicolao ad sentenciam audiendam a quibus propterea comparentibus - ipso dompno nicolao cum instancia a nobis dictam sentenciam ferri petentes - Nos qui supra Judex dei nomine inuocato prefato dompno nicolao predictam terciam partem dicte Ecclesie sancti Georgij finaliter Judicamus racionabiliter pertinere ex causa collacionis predictè - et prefato abbati Matheo - et procuratori ipsius consumptos prout et extantes - eidem que abbati Matheo et eius procuratori sub excommunicacionis pena Iniungentes - quod in prefata tercià parte Ecclesie supradicte prefatum dompnum nicolaum non molestet decetero uel perturbet. Mandantes eciam presbitero Alferio Abbati de Ebulo ut prefatum dompnum nicolaum in possessione dicte terciè partis inducat et defendat inductum. Ammoto ab inde quolibet illicito detemptore. statuens eidem dompno nicolao de fructibus ipsius terciè par-

chiese di s. Maria di Nocera e di s. Matteo *de archuponticulo* erano di libera ed indipendente collazione degli arcivescovi di Salerno, rigettando perciò la presentazione fatta da

tis Ecclesie memorate Integre decetero Responderi. Contradictores et Rebelles ad id autoritate nostra per censuram ecclesiasticam compescendo. Lata uero pronunciata et recitata est dicta sententia per nos qui supra Sabinum oreteus dicentes nos proferimus sententiam ut superius continetur et scriptum est - mandantes dicto notario Philippo quod ipsam sententiam legat et recitet partibus supradictis - et per notarium Philippum predictum actorum notarium ut supra de mandato nostro lata est ut superius continetur sub anno domini Millesimo Trecentesimo Vicesimo sexto. Die Vndecimo mensis Octubris. decime Indicionis. Pontificatus sanctissimi patris et domini, domini Johannis - diuina prouidentia. pape Vicesimisecondi. Anno Vndecimo. presentibus Abbate Thomasio Mansella. Abbate Thomasio Vetensi. presbitero Nicolao de dario. presbitero Jacobo de habundancia Juniore. presbitero Matheo spatario. Abbate francisco de benedicto Canonicis maioris Salernitane Ecclesie. Notario Nicolao de Morcaldo. Alexandro Albertutij - et quam pluribus alijs de Salerno ad hoc uocatis specialiter et rogatis. In quorum omnium Certitudinem et dicti presbiteri Nicolai in posterum testimonium et Cautelam scriptum publicum exinde fieri fecimus per manus dicti notarij Philippi signo eius signatum ac nostris sigillo predicto et subscriptione munitum. Actum et Datum in Maiori Salernitana Ecclesia Anno. die. mense. Incarnacione. Pontificatu et Indicione predictis.

✕ Et Nos Sabinus de Castallaneto Judex ut supra predicta fatemur.

✕ Et Ego predictus Philippus dardanus da Salerno publicus Salerni Regia et Imperiali auctoritate - ac in toto predicto processu et singulis agitatis in eo per omnes Judices memoratos. ad conscribendum omnia acta predicta et singula eorundem actorum notarius ut superius. Vna cum preuotatis testibus predictis omnibus et singulis eisdem presens interfui - et ea omnia propria manuscripsi et publicauit et in hanc publicam formam reddegi - meumque signum consuetum in testimonium premissorum. Memorandum est quoniam superius in abraso scriptum est legitur - in predicto processu et actis predictorum Indicium dila. Cautelas per me predictum notarium non Viccio set errore » (1).

(1) *Arc. III. num. 216.*

taluni che vi vantavano il padronato, in persona di un tale abbate Andrea di Benedetto, con dichiarare nulle ed insussistenti le ragioni da essi prodotte ed imporre loro su le medesime un perpetuo silenzio (a). Dopo ciò, continuò a gover-

(a) « In Nomine xristi Amen Nos Guillelmus Johannis Canonicus Turonensis, et Maioris Salernitane Ecclesie diaconus Cardinalis, Reuerendi in xristo patris et domini domini fratris Arnaldi dei et Apostolico Sedis gratia Salernitani Archiepiscopi in spiritualibus et temporalibus Vicarius generalis. Presenti scripto publico diffinitive sententie Notum facimus Vniuersis et singulis ad infrascripta peruenient quod Vacantibus dudum Ecclesia sancte Marie de Maccarone (sic) et Ecclesia sancti Mattei de Arcuponticulo dependente ut dicitur ad eadem Ecclesia sancte Marie de Nuceria Salernitane diocesis per obitum quondam domini Laurencij Acconzaioei de Rauello Juris Ciuillis professoris, et Magne Regie Curie Magistri Rationalis ac Canonici Salernitani Rectoris Ecclesiarum ipsarum dominus Nicolaus Vngarus. dominus Raymundus Vngarus. Thomas Vngarus. Judex Barthucius Vngarus. Cicculus frater eius, Riccardus et Chardullus Vngari, nec non Judex Goctofridus Ungarus. Magister Riccardus de Cesario phisicus. Petrus Jacobus et Angelus de Accarino fratres, ac eciam Magister Jordanus de Accarino. Judex Thomas de Spenemdeo. Judex Nicolaus et Riccardus de Spenemdeo fratres filij et heredes ut dicitur quondam Judicis Barthucij dicti cognominis. dompna Claradia filia et heredes ut dicitur quondam Salvatoris de Accarino. Dompna Truda de loctaro filia et heres ut dicitur quondam Bartholomei de loctaro, et Maria de loctaro soror eiusdem Trude. Perrotus farrus. Thomas preciusus, et Truda soror eius. Johannes Vichehominis. Franciscus et presbiter Angelus eiusdem cognominis. Barthucius de Parisio filius quondam Riccardi eiusdem cognominis de dicta terra Nucerie asserentes se fuisse et esse Veros et legitimos patronos dictarum Ecclesiarum sancte Marie et sancti Mathei, et existere in possessione seu quasi Juris patronatus ipsarum et Juris presentandi Rectorem ad easdem Ecclesias cum ipsas vacare contingerit infra legitima tempora a Canoue in talibus stabilita Abbatem Andream de Benedicto de Montelongo habitorem dicte terre Nucerie ad ipsas Ecclesias sanctae Marie et sancti Mathei in Rectorem et pro Rectore, per certa Instrumenta que prima facie publica videbantur pro parte dictorum presentancium apud acta nostre Curie presentata

nare quest' archidiocesi per poco altro tempo, ch'è a dire fino al giorno 2 di luglio del 1330, nel quale fu trasferito

coram nobis in Iudicio et apud acta predicta, presentauerunt et nominauerunt. fuitque pro parte ipsorum presentantium et dicti presentati per Notarium Nicolaum Trimum et notarium Philippum dardanum de Salerno procuratores presentati iamdicti, de quorum procuracione nobis fidem fecerunt quodam Instrumento quod prima facie publicum apparebat, per eos apud acta dicte nostre Curie presentato, a nobis petatum et instanter etiam supplicatum ut predictam eorum supplicacionem et presentacionem ut predicatur factam de prefato Abbate Andrea ad Rectoriam dictarum Ecclesiarum admittere ipsumque Abbatem Andream in Rectorem earundem Ecclesiarum Sancte Marie et sancti Mathei instituere dignemur. Nos uero qui ex officio nobis commisso astringimur et tenemur Jura Salernitane Ecclesie regere, gubernare, ac etiam defensare, volentes de premissis plenius informari ne predicti se asserentes patronos dictarum Ecclesiarum Sancte Marie, et Sancti Mathei per surrepcionis Astuciam dictas uelleut Ecclesias occupare, que forte omnino a Jure patronatus essent libere et exempte, ut Jura Volunt et mandant Canonica, in maiori Salernitana Ecclesia et in dicta Ecclesia sancti Mathei proponi publice fecimus generale edictum, ut si qui essent, qui se uellent opponere, docere ac dicere aliquid contra personas dictorum presentati et presentantium... ac formam presentacionis prefate, per quod institutio eadem impediri posset in aliquo uel differri, quod infra certum eis prefixum peremptorium terminum comparerent peremptorie coram nobis proposituri, obiecturi et dicturi quicquid proponere obicere ac dicere uellent, et eis et eorum cuilibet competeret in premissis et singulis premissorum quia parati eramus eos audire eisque exinde facere iusticie complementum. Alioquin ipsos de cetero nullatenus audiebamus immo elapso dicto termino in dicte presentacionis negocio et ad institutionem dicti presentati procedebamus iusticia mediante, eorum et cuilibet ipsorum absentia et contumacia exigente. Infra quem terminum in prefato edicto appositum comparuit coram nobis in Iudicio et apud acta notarius Paulus dardanus de sajerno dicte Curie procurator de cuius procuracione nobis et nostre Curie constat euidenter, legitime ac canonice asserens dictas Ecclesias sancte Marie et sancti Mathei de Arcuponticulo esse liberas et exemptas a Patronatus et immediate spectare ad collacionem domini



alla chiesa vescovile di Sarlat in Francia (a), vacata per la

Archiepiscopi memorati pro eo quod quondam Abbas Manfridus Vngarus. Abbas Riccardus Vngarus, et dominus Laurencius Accouzaiocus prefatus ipsam Ecclesiam obtinuerunt in beneficium ex collacionibus canonice eis et eorum cuilibet factis per Archiepiscopos Salernitanos, qui tunc temporis Salernitane Ecclesie preuerunt, que omnia suo loco et tempore idem pariter diete Curie se obtulit legitime probaturam et propterea procurator ipse protestatus extitit coram nobis, nos ad institutionem dicti Abbatis Andree in Rectorem dictarum Ecclesiarum ad presentacionem predictam procedere modo aliquo non debere. Quibus dictis, gestis et Actis tam dietis notario Nicolao, et notario Philippo procuratoribus dicti Abbatis Andree presentati ut supra quum eidem Notario Paulo procuratori Curie prelibate ad ponendum et probandum quicquid ponere et probare Vellent in dicta causa et eis ac eorum cuilibet competeret in premissis et singulis premissorum certum terminum duximus statuendum, infra quem terminum oblatis per procuratores dictarum parcium quo supra nomine certis Articulis, et super eis ad probandum contenta in ipsis, certis per eos et eorum quemlibet quo supra nomine productis testibus, Juratis in presencia procuratorum parcium earundem. ipsisque per nos secreto et singillatim ut Juris et moris est super dictis Articulis diligenter examinatis et eorum dictis et attestacionibus per Matheum dardanum de Salerno publicum ubique Imperiali auctoritate ac Aetorum Curie prefati domini Archiepiscopi et nostre in hac causa notarium fideliter in scriptis reddactis, presentatisque per procuratores dicti Abbatis Andree presentati ut supra certis priuilegijs et instrumentis ad docendum de Jure patronatus quod dicti presentantes in dictis Ecclesijs sancte Marie et Sancti Mathei se habere dicobant, factaque per nos instantibus procuratoribus parcium predictarum publicacione totius processus per nos habiti in causa eadem Priuilegiorum et Instrumentorum ipsorum, ac Actestacionum omnium testium productorum per procuratores dictarum parcium in causa prefata, nec non renunciacione omnium probacionum dictis procuratoribus parcium earundem et Vnicuique eorum quo supra nomine competencium et com-

(a) « VI Nonas Julii ( an. 1330 ) Arnaldus Royardi Salernitanus Archiepiscopus translatus ad Sarlatensem in Gallia sub Archiepisc. Burdigalensi per obitum Bertrandi Berengarii concessio etiam usu Palatii, quo utebatur in Metropolitana Salernitana ». Wadding.

morte di Bertrando Berengario, colla facoltà di ritenere l'uso del pallio di cui avvalevasi in questa metropolitana sede. E perdette con lui Salerno un sacro reggitore che all'attacco a' suoi doveri, di che le allegate notizie somministrano non equivoca testimonianza, accoppiava il merito di una dot-

---

petiturarum in causa iamdicta, facta voluntarie per procuratores eosdem, et conclusione sequuta Saluis allegacionibus Juris, ipsisque allegacionibus post modum per procuratores ipsos exhibitis coram nobis procuratoribus ipsis quo supra nomine ad hodiernum diem presentibus, petentibus, recipientibus, et acceptantibus, super dicta causa dedimus terminum ad sententiam audiendam. Igitur quia Viso processu habito in causa predicta et habito super eo, et super efficacia probatorum, et Actitatorum in causa eadem per nos ipsos et cum alijs Juris peritis plena cum deliberacione, consilio diligenti plene et canonice constat nobis, et nostre Curie predictos superius nominatos, qui se patronos asserunt predictarum Ecclesiarum Sancte Marie et Sancti Mathei, et predictum abbatem Andream presentatum per eos et procuratores eiusdem suam intencionem minime probasse. Constitit autem plene et canonice nobis, et predictae Curie, quod notarius Paulus Dardanus procurator Ecclesie Salernitane, sufficienter probavit ipsam Ecclesiam Salernitanam et eius Antistitem esse in possessione libere conferendi easdem et singulas earumdem. Ideo Xpisti nomine inuocato, et facto signo Venerabilis sancte Crucis, In nomine patris et filij et Spiritus sancti Amen. predictas Ecclesias sancte Marie, et sancti mathei et quamlibet earumdem declaramus et pronunciamus sentencialiter in hijs scriptis ab omni Jure patronatus et cuiuslibet scruitute esse liberas et exemptas, et ad collacionem dicte Salernitane Ecclesie, et eius Presulis liberam pertinere. Predictis qui se nominabant patronos, presentato per eos et procuratoribus eius super hijs silencium perpetuum imponentes. Lata, lecta, recitata, et pronunciata est hec sententia per nos Guillelmum Johannis qui supra Vicarium salerni in Archiepiscopali palacio - Anno dominice Incarnacionis Millesimo Trecentesimo Vicesimo nono. Die Octauo Mensis Januarij Terciedecime Indicionis. Pontificatus Sanctissimi in Xpisto patris et domini et domini Johannis diuina prouidencia Vicesimisecondi - Anno quartodecimo. presentibus dictis procuratoribus dictarum partium, ad hoc de mandato nostro specialiter euocatis, et hanc sententiam per nos ferri cum instantia postulantibus presentibus etiam

trina non ordinaria e volgare, di cui dic' saggio abbastanza nelle opere che compose di argomenti teologici e scritturali, delle quali può leggersi la enumerazione nelle sottoposte parole dello scrittore dell' Italia sacra (a).

Nobilibus et Discretis Viris domino Thomasio Rogerij Milite. Abbate francisco Caputgrasso diacono Cardinali Abbate Rogerio Curiali, dompno Nicolao butrumili, dompno Matheo Galiota dicto de dato, dompno Johanne Ramarro presbiteris Cardinalibus Francisco de pucillo, Canonicis dicte Maioris Salernitane Ecclesie. Roberto de Canalibus. Nicolao Surraca Johanne de dompna penta. Jacobo Genuzio et quampluribus alijs de Salerno, et aliunde testibus ad premissa Vocatis specialiter et Rogatis. In quorum omnium testimonium ad futuram temporis memoriam, et dicte maioris Salernitane Ecclesie, ac eius Presulis et omnium et singulorum quorum vel cuius interest, et interesse poterit in futurum. Cautelam presens scriptum disliniitiue sentencie publicum exinde fieri fecimus per manus dicti notarij Mathei dardani signo eius solito signatum - sigillo pendenti Vicarie Curie prefati domini Archiepiscopi, quo in causis huiusmodi Curia ipsa utitur et subscriptione nostra munitum.

✕ Et Ego Matheus dardanus de Salerno publicus ubique Imperiali auctoritate et Actorum Curie prefati domini Archiepiscopi, et dicti domini Vicarij in predicta causa notarius predictis omnibus et singulis Vna cum dictis testibus Rogatus interfui eaque de mandato eiusdem domini Vicarij scripsi et in hanc publicam formam reddegi, meoque consueto signo et nomine roboravi ».

✕ *Et Nos Guillelmus Johannis Vicarius qui supra predicta fatemur*

✕ *Ego predictus abbas franciscus caputgrassus dyaconus salernitanus testis sum*

✕ *Et ego Johannes de dompna penta testis sum*

✕ *Ego predictus Jacobus genuzio testis sum*

✕ *Ego predictus Nicolaus butromili testis sum* (1).

(a) « Fuit sane vir doctus, et praeclarus, scripsit opus Theologicum moralium distinctionum, ordine Alphabetico digestum ad Robertum Regem Siciliae, cujus erat consiliarius et familiaris. Ipsum librum autographum pulchro minio, et Regis effigie ornatum penes

(1) *Arc. III, num. 218.*

LII. A coprire il trono arcivescovile lasciato vacante dal Rolardi, fu da papa Giovanni XXII eletto Orso della nobilissima famiglia Minutolo napoletana: il che ebbe luogo nel giorno medesimo in cui venne il primo trasferito alla chiesa di Sarlat, vale a dire nel 2 di luglio dell'anno 1330 (a). Breve fu il pastorale governo di questo nuovo reggitore della Chiesa di Salerno; nè altro ci occorre in ordine alle sue operazioni eseguite a vantaggio della stessa, fuorchè la notizia di una controversia da lui sostenuta contra Riccardo di Brussone, conte di Satriano, e per l'oggetto che passerò ad esporre succintamente — Erasi quest'ultimo impadronito di alcune terre appartenenti alla mensa, collocate nella pianura bagnata dal fiume Sele, e cercava difendere siffatto suo procedimento col mettere innanzi la speciosa ragione, che avendole il detto fiume staccate e disunite da' fondi di cui facevano parte antecedentemente ed avendole incorporate e congiunte a' possedimenti che giacevano dall'altra riva del medesimo, poichè, com'egli asseriva, tutt'i territori stabiliti in questo sito erano da considerarsi come dipendenti dal suo dominio, ne veniva secondo lui in conseguenza che sotto l'istesso aspetto dovessero quelle terre riguardarsi, qualunque diritto avesse potuto prima vantarsi la Chiesa salernitana. Per altro ad evitare le molestie di una lite lunga e dispendiosa, acconsentì di sottomettersi al giudizio di tre arbitri, nominati uno da lui, un altro dal rappresentante dell'arcivescovo ch'era appunto l'abate Pavone de Grifis di Giovenazzo ed il terzo da entrambi di comune accordo, ed i quali dovessero fra 'l termine non

se habere fatchatur doctus vir Waddingus lib. de Scriptoribus Ord. Min. scripsit idem opus alterum ad eundem Robertum de Arca Noè, super quatuor libros sententiarum sermones eruditos, et Postillam in Apocalypsim ». Ugh.

(a) Ughelli de hoc archiep.

Pretensione del conte di Satriano su di alcune terre appartenenti alla mensa, rimessa alla decisione di tre arbitri.

maggiore di giorni quindici emanare la loro decisione, da aversi, anche quando non fosse pronunziata da tutti e tre ma da due soltanto in conformità di parere, per talmente ferma ed incontrastabile, che la parte che ricasasse di aderirvi rimarrebbe col fatto obbligata ad una multa di cento once di oro, metà per andare a beneficio della parte avversa e metà a favore della curia romana. L'atto intanto di una tal convenzione fu in forma legale e solenne compilato nella città di Nocera nel giorno ultimo del mese di maggio del 1331, per opera di Giovanni di Laureto pubblico notaio, ed eccolo qui riferito ed espresso — « **IN** Nomine domini Amen. Anno eiusdem a natiuitate Millesimo Trecentesimo Tricesimoprimum die Ultimo mensis Maij quartedecime Indiccionis. Pontificatus sanctissimi in Xpisto patris et domini Domini Johannis diuina prouidencia pape Vicesimisecondi Anno quintodecimo. Ego Johannes de Laureto pennensis diocesis publicus apostolica - et Imperiali auctoritate notarius presenti Scripto publico notum facio atque declaro quod eodem die me predicto Johanne publico auctoritate qua supra notario - et Infrascriptis testibus specialiter accersitis et rogatis - ad presencia Magnifici Viri domini Riccardi de Brussono - Comitis Satriani - et Venerabilis Viri Abbatis Pauonis de Grifis de Juuenacio procuratoris ad infrascripta legitime ordinati per Reuerendum in Xpisto patrem et dominum dominum Vrsum - dei et Apostolice Sedis gratia Archiepiscopum Salernitanum dum lix quedam causa - questio - seu controuersia Verteretur - seu Verti speraretur inter prefatum dominum Salernitanum Archiepiscopum pro se nomine - et pro parte Maioris Salernitane Ecclesie seu prefatum Abbatem Pauonem nomine et pro parte ipsius domini Salernitani Archiepiscopi ex parte Vna et prefatum dominum Comitem ex parte altera - super eo Videlicet quod prefatus Abbas Pauo procuratorio nomine et pro parte prefati domini Salernitano Archiepiscopi et maioris Salernitane Ecclesie asserens dictam maiorem Salernitanam Ecclesiam - pro se et alios eius nomine tenentes - et possidentes -

tenuisse et possedisse canonice - certas terras - et tenimenta - dictae Maiori Salernitane Ecclesie pleno Jure spectasse - et spectare - et certam partem ex eis - per eundem dominum Comitem - seu alium de mandato et Voluntate ipsius indebite occupatam fuisse - in loco Vbi dicitur Isela de portu in territorio Pecte - quo supra nomine petebat ipsam sibi nomine et pro parte prefati domini Salernitani Archiepiscopi - eidem domino Archiepiscopo - seu prefate Maiori Salernitane Ecclesie restitui - per eundem dominum Comitem - seu alium de mandato ipsius - et non Molestari - nec turbari in ea - seu possessione ipsius prefatos dominum Salernitanum Archiepiscopum - et Ecclesiam Salernitanam - seu alios tenentes et possidentes - eandem - nomine et pro parte ipsorum per prefatum dominum Comitem - seu alium - vel alios de mandato et Voluntate ipsius - In cuius contrarium prefatus dominus Comes - eodem die - et in mei et Infrascriptorum testium presencia predicto Abbati Pauoni ibidem - quo supra nomine presenti respondendo dicebat - predictas terras et tenimenta pleno Jure fuisse prefate Maioris Salernitane Ecclesie ipsamque dictam Maiorem Salernitanam Ecclesiam - per se et alios eius nomine tenentes et possidentes - tenuisse et possedisse - usque ad tempus - et tempore - quo flumen quod dicitur Siler - dictam partem ipsius tenimenti - et predictum tenimentum - quod dictus Abbas Pauo - quo supra nomine - in dicto territorio Pecte dicebat per eundem dominum Comitem fore occupatum - et indebite detentum fuisse - et esse debere ipsius domini Comitibus - pro eo quod dictum flumen - quod dicitur Siler - illud Junxit et addidit aliis suis terris - asserens omnes terras esse suas ab Vno flumine usque ad aliud - tum secundum Jura sua - quam secundum consuetudinem contrate ut dixit. tandem re ipsa sic effecta dubia antequam de predictis ordinarium subiret Judicium seu examen communium Amicorum interueniente colloquio seu tractatu - partes ipse per se et quo supra nomine - eodem die - et in mei et Infrascriptorum testium presencia ad huiusmodi concordiam deuenerunt - Videlicet quod

de predictis inter partes ipsas cognoscendis - discutiendis - finiendis ac determinandis Vnanimiter et concorditer compromiserunt in nobiles Viros Abbatem franciscum Capugrassum diete Maioris Salernitane Ecclesie diaconum Cardinalem nominatum per prefatum Abbatem Pauonem - nomine et pro parte qua supra - et in Judicem Guillelmum de Adelardo de Ebolo. per prefatum domnum Comitem nominatum - et in domnum Matheum Porta de Salerno - Juris Ciuilibus professorem communiter nominatum per partes easdem tamquam in arbitros - ea lege - ut quicquid predicti omnes tres arbitri concorditer et non discorditer - uel duo ex eis super predictis summarie de plano - sine strepitu - et figura Iudicij - sine libelli et petitionis oblatione sine litis contestacione - et absque aliquo ordine Iudiciario - die feriato - uel non seruato in loco presentis compromissi uel alibi partibus ipsis - seu ipsarum altera presentibus - uel absentibus - contumaciter uel sine contumacia - Vocatis uel non Vocatis - in scriptis uel sine scriptis - stando - sedendo - uel ambulando - dixerint - pronunciauerint - diffinierint - seu sentenciacuerint super predictis - per quindecim dies - uel infra ab hinc inantea numerandos - omni tempore ratum - gratum et firmum - a dictis partibus - et ipsarum qualibet observetur et fiat - id sit equum - uel Iniquum ita quod non possit id reduci - nec peti reduci - ad arbitrium boni Viri - Cum ex nunc partes ipse quo supra nomine per dictos tres Electos - uel duos ex eis dicenda et facienda super predictis expresse ex nunc prout et tunc emologant - ratificant - et acceptant - pena hinc inde apposita - de comuni ipsarum partium Voluntate - Vnciarum auri centum soluenda ab ea parte - que contra predicta seu que sequuntur ex eis - uel ipsorum aliquod Venerit - Medietate scilicet ex eis parti - predicta seruanti - et alia medietate Romane Curie - me predicto notario - tamquam persona publica - in presencia Infrascriptorum testium - ab ipsis partibus - et ipsarum qualibet - pro parte diete Romane Curie - et ipsis partibus sibi adinuicem penam ipsam solvendo modo predicto eodem die - et in no-

stri presencia stipulantibus legitime. Que pena totiens commictatur - petatur - et exigatur - quotiens contra predicta - que sequenter ex eis - uel ipsorum aliquod Ventum fuerit seu factum - qua pena soluta - uel non soluta - seu gratiose remissa - predicta subscripta et omnia et singula que sequentur ex eis rata et efficacia remaneant - obseruentur - et flant - in omnem euentum quia sic inter partes ipsas stetit specialiter et conuenit. Obligantes sibi adinuicem per predictam penam - si - et quotiens eam commicti contigerit - omnia bona ipsius Comitum - et prefate Maioris Salernitane Ecclesie - ad pignrandum ipsius Curie - et ipsarum cuiuslibet partium propria auctoritate sine decreto Iudicis - et Jussu pretoris - ipsamque Vendendum - uel insolutum sibi retinendum - tantum de bonis proprijs - quod sit de pena ipsa - predictis quibus ipsa pena est applicanda - uel super integre satisfactum - summarie - et absque aliquo ordine Judiciario - non expectato temporis spacio - ad id lege uel consuetudine Introducto - quia sic partes ipse ex pacto Voluerunt et Volunt. Pro quibus omnibus et singulis obseruandis - faciendis - et contra non Veniendo - nec faciendo - partes ipse quo supra nomine - promiserunt - et per stipulacionem solemnem prefatum domnum Comitum - et domnum Abbatem Pauonem - quo supra nomine - ac prefatum domnum Salernitanum Archiepiscopum legitime et solemniter obligarunt - predicta - subscripta - et omnia - et singula que super predictis - predicti tres Electi - uel duo ex eis concorditer dixerint - et diffinierint - auctoritate potestatis predictae - omni tempore predictas partes - et ipsarum quamlibet - rata - grata - et firma habere - et contra ipsa - uel ipsorum aliqua non facere - nec Venire - sed ipsa omnia - et eorum singula - non obstante aliquo pretermisso - facere et obseruare - sub pena predicta - soluenda modo predicto - me predicto notario - et predictis partibus - ipsam legitime stipulantibus ut supra. Et ex speciali pacto stipulacione Vallato - habito inter partes easdem - eodem die ipso instanti - et in mei et Infrascriptorum testium presencia. dicte partes sibi adinui-



cem - et in me predicto notario recipienti ut supra - pro parte dicte Romana Curia renunciauerunt sponte - expresse - et ex certa eorum sciencia - quelibet scilicet ipsarum - prout tangit - et tangi poterit in futurum exceptionj doli - metus - et in factum - exceptionj rei non geste - uel aliter geste quod superius - et Inferius continetur - Juri per quod dicitur seu tenetur - quod dictum compromissum et contenta in eo non Valent seu annullari uel inefficacia reddi possunt - ratione personarum compromittentium - rei - de qua compromissum est - ratione personarum in quas superius est compromissum seu alterius earundem - seu quacumque alia occasione ratione - uel causa - Juri per quod dicitur quod exinde haberi potest recursus ad arbitrium boni Viri - seu per quod Sententia seu definitio ipsa reduci potest - et peti reduci ad arbitrium boni Viri - Juri per quod dici posset - quod ad faciendum ut premititur pignorationem - bonorum - captionem - alienacionem - seu in solutum retentionem de Jure solemnitates alie debeant necessario obseruari - et quod ipsis obmissis - ipsa inefficacia reddantur Juri per quod dici posset - quod in premissis - et subscriptis - sacramentum prestari non debet - et quod prestitum non Valeat - Juri dicenti in premissis ordinem Judicarium debere obseruari - Juri per quod dicitur - quod penale Judicium tollatur - suspendatur - seu differatur - propter aliud criminale - uel Ciuile - et generaliter omni et cuilibet Juri Canonico - Ciuili - Longobardo - Constitutionario - Consuetudinario - Capitulis Regni huius priuilegijs - licetis - et rescriptis impetratis - et impetrandis - cuiuscumque continencie uel tenoris - et ipsorum cuiuslibet. Vsui - auxilio - et fauori - quibus omnibus seu ipsorum aliquibus contra omnia predicta - subscripta - que sequuntur ex eis - seu ipsorum alterum Venire possent - uel ab ipsorum obseruancia se tueri. Et Juri dicenti generales renunciaciones non Valere - seu posse annullari - et predictis omnibus - seu ipsorum aliquibus renunciari non posse nec potuisse. Cum Voluerunt et Volunt dicte partes et ipsarum quelibet prius certiorata congrua -

et conuenienti certioracione qua decuit - ipsarum cuilibet inde facta - et omnibus et singulis exceptionibus Juribus - et alijs predictis - et de auxilijs et effectibus eorundem - et quod se possent et potuissent Juuare - si sic expresse et ex certa earum sciencia renunctiatum per eas non fuisset eisdem - ut superius continetur. Quod predicta omnia, et que predicti omnes tres Electi - uel due ex eis - super predictis dixerint - et diffinierint sine diminucione obseruent et fiant - proinde ac si omnes et singule solemnitates Juris et facti - que ad inexpugnabile robur earum requiruntur a Jure fuissent in presenti compromisso specialiter nominate et apposite. Preterea prefatus Abbas Pauo - nomine quo supra - et prefatus domnus Comes sibi ad inuicem in mei et Infrascriptorum testium presencia - Jurauerunt ad Sancta dei euangelia corporaliter tacta predicta omnia - et que dicent predicti tres Electi - uel duo ex eis concorditer super predictis - obseruare - et facere - et se contra ea uel ipsorum aliqua - non facere uel Venire. Acto et conuento inter partes easdem - in limine predictorum quod si et quotiens ipsam penam et periuurium commicti contigerit - quod Vna actio - seu accusatio per alteram non tollatur - nec differatur - nec impediatur se concursu - imo simul et semel in Vno seu diuersis Judicijs possint et Valeant Criminale et Ciuile Judicium penale - et rei percussorium Intentari - tractari - et diffiniri - et predictae partes expresse dederunt michi predicto notario - et Infrascriptis testibus - plenam - generalem - liberam - et omnimodam potestatem - et predictis semel - et pluries - conficiendi Vnum uel plura competencia Instrumenta - et apponendi solemnitates alias - quas quocumque tempore in premissis obmissas contigerit apparere - Ita quod Valeant et teneant supradicta facti tamen substantia remanente. In cuius rei testimonium et omnium quorum interest - et interesse poterit certitudinem et cautelam presens compromissi Scriptum publicum - ad rogatum dictorum domni Comitum - et Abbatis Pauonis confectum est exinde - per manus mei predicti notarij - meis signo solito - et

subscriptione munitum. Actum nucerie in hospilio dicti domni Comitis - sub Anno - mense - die - Indictione - et Pontificatu predictis - presentibus me predicto notario Johanne - necnon nobilibus et discretis Viris - domno Riccardo de Cesario - Symone pagano - Ratula brencula - notario Stephano brencula - Judice Nicolao - Judice Marthucio - et notario philippo de Cesario de nuceria - testibus ad premissa Vocatis specialiter et rogatis.

✱ Et Ego qui supra Johannes de Laureto - pennensi diocesis publicus Apostolica - et Imperiali auctoritate notarius - Vna cum dictis testibus premissis omnibus presens fui eaque ad rogatum dictorum domni Comitis et abbatis Pauonis - manu propria Scripsi - Subscripsi - et publicavi - meoque consueto et solito signo signavi » (a).

LIII. *Continuazione* — Ci affrettiamo a far conoscere che l'esito dell'affare fu del tutto contrario alle pretensioni del conte di Satriano, mentre gli arbitri dopo ponderato esame e seria e matura riflessione si convinsero della invalidità ed insussistenza de' motivi ond'egli si studiava appoggiarle, e dettero fuori una sentenza che lo astringeva a rilasciare gli occupati terreni, se pure non amasse meglio di soggiacere alla soddisfazione della pena pecuniaria. I termini ne furono i seguenti — « IN NOMINE dominj dei eternj et Saluatoris nostrj Jhesu xpisti anno ab Incarnacione eius Millesimo Trecentesimo tricesimo primo. Et Vicesimo Tercio anno Regnj dominj nostrj Robertj dei gratia Jerusalem et Sicilje gloriosissimi Regis ducatus Apulje et principatus Capue prouincie et forcalquerij ac pedimontis Illustrissimj Comitis die Vicesimo Secundo mensis Junij quartedecime Indiceionis apud Salernum in loco portarotensi prope Ecclesiam Sancti Marci - Nos Rogerius caeraretea Judex Ciuitatis Salernj Andreas dardanus publicus eiusdem Ciuitatis Regia auctoritate notarius et Infrascripti testes - Videlicet Johannes de porta - Thomasius de porta milites -

Sentenza de' medesimi contraria alla pretensione del conte.

(a) Arc. III, num. 221.

Thomasius de porta Bartholomeus de porta notarius - Nicolaus  
 triminus Johannes bissidus Nicolaus de rogerio Maccioctus ma-  
 nescalcus de Salerno et quamplures alij de Salerno et aliun-  
 de ad Infrascripta Vocatj specialiter et rogatj Presentj scripto  
 publico notum facimus et testamur quod eadem die dum es-  
 semus Vocatj et presentes in predicto loco portarotensi Coram  
 Nobilibus Viris domino Matheo de porta Juris Ciuilis prof-  
 flexore et Abbate francisco caputgrasso de Salerno Maioris Sa-  
 lernitane ecclesie dyacono cardinali Ipsi dominus Matheus et  
 abbas franciscus autoritate potestatis eis tradite ad subscripta  
 per partes subscriptas sedentes eodem die et in nostrj presencia  
 publice ibidem protulerunt et dederunt in scriptis quandam  
 sentenciam et diffinicionem in hunc modum. In xpisti nomine  
 amen die Vicesimo secundo mensis Junij quartadecime Indic-  
 tionis Salernj in loco portarotensi prope ecclesiam Sancti Mar-  
 ci Nos Matheus de porta Juris ciuilis profexor et franciscus  
 caputgrassus de Salerno Maioris Salernitane Ecclesie diaconus  
 Cardinalis ad infrascripta per partes subscriptas Arbitri Vna  
 cum Iudice Guillelmo de adelardo de Ebulo cum potestate ut  
 duo ex nobis possemus Ipsa decidere - Electj certo modo et  
 forma prout in Instrumento publico cuius tenor est subscribe  
 per omnia seriej ». E dopo di avere interamente esposto e ri-  
 ferito il detto istromento così continua: « Hec et alia serio-  
 sius continentur In presencia Rogerij cacraretica Iudicis Ciuitatis  
 Salernj Andree dardanj puplici eiusdem Ciuitatis Regia auto-  
 ritate notario Matheo Notario Paulo dardano de Salerno pro-  
 curatorj ad subscripta legitime ordinatio et substitutio prout  
 de eius procuracione et substitucione nobis et dicto nostro  
 College legitime et plene constitit nobis Volentibus ad ipsa  
 procedere iuxta nobis per partes ipsas ut prodicitur traditam  
 potestatem ac dicentibus et protestantibus expresse per pre-  
 dicta subscripta seu quecumque alium actum faciendum in  
 causa eadem nolle procedere a predicta nobis tradita potestate -  
 set Ipsam semper retinere et habere velle - quamdam peticcio-  
 nem in Scriptis obtulit tenoris et continencie subsequentis -

Coram Vobis Viris nobilibus domino Matheo de porta Juris Ciuilis profexore Venerabili abbate francisco caputgrasso diacono cardinali maioris Salernitane ecclesie de Salerno et Iudice Guillelmo de adelardo de Ebulo arbitris electis ad subscripta per Reuerendum in xpisto patrem et domnum domnum Vrsum dej et apostolice sedis gratia Salernitanum Archiepiscopum seu procuratorem ipsius pro eo Et Magnificum Virum domnum Riccardum de brussone Egregium Comitem Satrianj prout... Istrumento puplico inde facto quod penes uos habetur seriosius continetur. Proposuit notarius paulus dardanus de Salerno procurator yconomus seu actor ad subscripta legitime substitutus per Venerabilem Virum abbatem pauonem de Grifis de Juuenaccio procurator ad subscripta dominj archiepiscopi Supradictj nomine et pro parte dictj dominj archiepiscopi et maioris Salernitane Ecclesie contra prefatum domnum Riccardum Egregium Comitem et omnem aliam personam legitime interuenientem pro eo ad hanc causam dicens quod cum dicta maior Salernitana ecclesia seu Salernitanus Archiepiscopus pro ea per se et alios eius nomine tenentes et possidentes tenuisset et possedisset canonice et bona fide certas terras et tenimenta in loco ubj dicitur yscla de portu in territorio pecte Salernitane dyocesis eidem maiori Salernitane ecclesie pleno Jure Spectancia ut Verus domnus et patronus ipsorum continue a Quinquaginta annis citra et ab eo tempore in cuius contrarium hominum memoria non existit certam partem ex eis seu certum Tenimentum Capacitatis seminis frumentj ordej seu blaue modiorum duodecim et plus prefatus dominus Riccardus nunc Comes seu alius de mandato uel uoluntate ipsius ex eo quod subito et non paulatim alluuione fluminis Syleris dicta pars decetero terrarum et tenimentj separata fuit ipsius fluminis aluio in terris quas dictus dominus Riccardus nunc Comes per se et alios eius nomine tenuisse et possedisse ac tenere et possidere ponitur in loco predicto mediante dicto flumine Junsit indebite occupauit et detinuit et detinet occupata. Et requisitus pluries pro parte diete maioris Salerni-

tane Ecclesie ut predicatur pertinencia aliuo fluminis separata - Et per ipsum domnum Riccardum nunc Comitem seu per alium de mandato seu uoluntate ipsius occupata dicte Maiori Salernitane ecclesie seu domno Salernitano archiepiscopo pro eo restituere denegauit et denegat minus Juste asserens quod quamquam predicta tenimenta et dictam partem per eum seu alium pro parte sua nunc detempta predicta maior Salernitana ecclesia seu domnus Salernitanus archiepiscopus pro ea tenuisset et possedisset canonice per se et alios eius nomine usque ad tempus et tempore quo predictum flumen dictam partem Ipsius tenimentj et predictum tenimentum pro parte dicte maioris Salernitane ecclesie per eundem domnum Riccardum nunc Comitem ut premittitur asseritur occupatum Tamen ratione dictj fluminis et ex eo quod asserit omnes terras ab Vno flumine usque ad aliud existentes esse suas non tenerj ad restitutionem eandem in sue anime periculum In Juris Iniuriam et dicte maioris Salernitane ecclesie et prefatj dominj Salernitani Archiepiscopi per eam - manifestum preiudicium atque dampnum. Quarum dictus notarius Paulus quo supra nomine petit per uos auctoritate uestre potestatis declarantes dictas terras tenimenta pleno Jure canonice spectasse et spectare predictae Maiorj Salernitane ecclesie et prefato domno Salernitano Archiepiscopo pro ea prefatum domnum Riccardum nunc Comitem et omnem aliam personam legitime Interuenientem pro eo ad causam predictam sentencialiter condepnari et compelli ad restitutionem Integram predictarum terrarum et tenimentj ut premittitur per dictum domnum Riccardum nunc comitem seu per alium de mandato seu uoluntate ipsius occupata cum omnibus ad que ex inde tenetur de Jure nec non quod mandetis eidem quod decetero dicta maior Salernitana ecclesia seu alium uel alios tenentes et possidentes eandem pro parte dicte maioris Salernitane ecclesie seu domnj Salernitani archiepiscopi memoratj per se uel per alios non turbet uel molestet eosdem iuxta potestatem nobis traditam super premissis per partes easdem secundum Jura Saluo Jure et contra Predicta terras

et tenimenta ut premetitur de quibus nunc *quomodo sancita* sunt in predicto territorio Que ab omnibus partibus dicto fluuio sileris coniunguntur et si quj alij sunt confines. Et ad predicta dictus notarius paulus quo supra nomine petit se per Vos admictj et in eis procedj summarie de plano sine libello oppositionis oblatione partibus presentibus uel absentibus rine strepitu et figura Judicij absque aliquo ordine Judiciario secundum quod in compromisso predicto plenius et aptius continetur et omni breuiori et apciori et efficaciore Via et Juris forma quibus breuius apcius et efficacius ad predicta admicti et per nos procedi potest et debet iuxta nobis in talibus traditam potestatem per partes easdem protestans quo supra nomine.... predicta et aliã facienda per eum nomine quo supra non intendit necessario ordinem Judicarium subire nec recedere a potestate plenarie Vobis per partes ipsas tradita in compromisso predicto ac non astrigens se et dictam partem ad omnia et singula predicta probanda sed ad causam tum que quocumque modo legitimo p̄b..... et sufficiunt ad predicta Qua petitione oblata et per nos et dictum nostrum Collegam presentem dicto notario Matheo recepta et admissa ad nostram ecciam informacionem eodem die Ibidem datus fuit per nos et dictum nostrum Collegam peremptorius terminus predicto notario Paulo quo supra nomine presentj, et dicto domno... absentj ad ponendum et probandum quicquid eis et ipsorum cuilibet competit pouere et probare in causa predicta dierum sex, et eodem requisuimus multis presentibus predictum Judicem Guillelmum Collegam nostrum ibidem presentem decetero et in quocumque actu faciendo in causa predicta infra predictum terminum et post.... Guillelmus Vna nobiscum Salernj personaliter Interest quia ad ipsa decidenda continue intendebamus Vacare protestato per nos quod ipso absente deinceps procedebamus si ipse nobiscum ad predicta inter esse personaliter non curaret et ad maiorem Cautelam per nostras et dictj College nostrj lteras ac preceptum... videlicet notarium Johannem de fractis papalj Imperiali auctoritate

notarium prefato domno Riccardo nunc Comitj Satrianj notificavimus supradicta requirentes eundem quod ipse domnus Riccardus nunc comes per procuratorem suum ad predicta compareret processurus alioquin in causa Ipsa eius absencia non obstante procedebamus iuxta. . . premissam traditam potestatem. Tandem per ipsum notarium Paulum certis ad nostram informacionem pro parte qua supra coram nobis productis articulis sua die et per nos receptis certos testes et probaciones ad ipsa probanda produxit ipse notarius paulus quo supra nomine - quos Juratos ut Juris et moris est secreto et semimotim ad rerum informacionem presente dicto notario Matheo infra dictum terminum examinauimus et ipsorum dicta et attestaciones in scriptis reddigi fecimus per notarium Matheum predictum. Postque infra tamen predictum terminum prefati dominus archiepiscopus et dominus Riccardus comes Satriani predictum Compromissum et terminum in eo appositum legitime et Voluntarie prorogarunt prout continetur in Instrumento publico inde facto cuius tenor per omnia talis est In nomine dominj Amen anno eiusdem a natiuitate Millesimo trecentesimo tricesimo primo die decimo mensis Junij quartedecime Indiccionis Pontificatus Sanctissimj in xpisto patris et dominj dominj Johannis diuina prouidencia pape Vicesimj Secundi anno quintodecimo. Accersitis me Johanne de laurencio peunensis dyocesis publico apostolica et imperialj auctoritate notario et Infrascriptis testibus ad hoc specialiter Vocatis et rogatis ad presenciam Reuerendj in xpisto patris et dominj - dominj Ursi dej et apostolice sedis gratia archiepiscopi Salernitani - nec non et Magnifici Virj domini Riccardi de brussone Satrianj comitis eodem die in mej et infrascriptorum testium presencia dictj dominus archiepiscopus et dominus Comes ratificantes prius et acceptantes omnia et singula contenta in quodam compromisso facto per eundem dominum Comitem ex parte Vna Et Venerabilem Virum abbatem Pauouem procuratorem nomine et pro parte suprascriptj dominj Salernitani Archiepiscopi in Nobiles Viros domi-



num Matheum de porta Juris Ciuilis profexorem Abbatem franciscum caputgrassum de Salerno et Iudicem Guillelmum de Ebolo certo modo et forma ut continetur in eo sponte concorditer et de communi parcium Voluntaie Ipsius compromissi et Instrumenti facti super lite seu controuersia que vertitur seu verti speratur Inter ipsos dominos Archiepiscopum pro parte maioris Salernitane Ecclesie et Comitem super tenimento sito in loco Vbj dicitur Isela de portu de territorio pecte scripti per manus mej predictj notarij Johannis et meis signo solito et subscriptione munitj, olim in anno subscribe natiuitatis die ultimo Maji predictae quartedecime Indiccioni decem dierum ultra terminum in dicto compromisso contentum ex certa eorum scientia terminum prorogarunt Compromittentes se ad penam in eo contentam legitime obligantes Renunciantes Jurantes potestatem dantes dictis electis et omnia et singula facientes prout in predicto compromisso serius continetur stipulacionibus hinc inde cum honorum obligacionibus legitime et sollepniter eciam Interuenientibus modo et forma ut in dicto compromisso continetur. In Cuius rej testimonium et omnium quorum interest et Interesse poterit certitudinem et cautelam presens prorogacionis scriptum publicum ad rogatum dictorum dominorum Archiepiscopi et Comitum Confectum est exinde per manus mej predicti notarij meis signo solito et subscripcione munitum Actum apud montem corbinum in domibus Sancti petri de Casalj Ruelle sub anno mense die Indiccione et pontificatu predictis Presentibus me predicto notario Johanne, nec non Venerabilibus et nobilibus Viris domino... minutolo dyacono neapolitano domino marino preposito Sancte marie de atino domino Amelio massa et domino francisco de berardo de montecorbino militibus testibus ad premissa uocatis specialiter et rogatis Et Ego qui supra Johannes de laureto pennensis diocesis publicus apostolica et Imperialj auctoritate notarius Vna cum dictis testibus predictis omnibus presens fui et omnia ad rogatum dictorum dominorum Archiepiscopi et Comitum manu propria

scripsi subscripsi et publicauj meoque solito signo signauj  
 quapropter nos de uoluntate Ipsarum parcium predicto ter-  
 mino ad ponendum et probandum prorogato eisdem oblati  
 per notarium Robbertum de altailla procuratorem dictj do-  
 minj Comitis certis excepcionibus supra nomine coram nobis et  
 per nos receptis ad ipsas probandas per procuratorem dictj  
 dominj Comitis fuerunt coram nobis certi testes producti quos  
 Juratos semmotim et secreto ut Juris et moris est presente  
 dicto notario matheo ad nostram informacionem examinaui-  
 mus et eorum dicta et attestaciones in scriptis reddigi feci-  
 mus per nostrum notarium supradictum - Quibus sic gestis ,  
 quia Volebamus ad predicta decidenda procedere fecimus pre-  
 dictum Judicem Guillelmum ad maiorem nostram excusaccio-  
 nem per nostras licteras requirere quod die Veneris Vicesimo pri-  
 mo predictj mensis ueniret Salernum ad ferendum Vna nobiscum  
 sententiam super causa predicta. . in nostrum processum seu  
 nobis predictam traditam potestatem alioquin predicto die Vi-  
 cesimo Secundo ferebamus sententiam super causa predicta  
 eius absentia non obstante. Et licet ipsis partibus absentibus  
 poteramus ipsam proferre sententiam legitime et sollepniter ci-  
 tarj et requiri nihilominus fecimus predictum notarium Pau-  
 lum nomine quo supra et notarium Mercualdum de linguito  
 procuratorem dictj dominj Comitis ad predicta de cuius procu-  
 ratione nobis legitime constitit quo supra nomine ut predicto  
 die Vicesimo secundo coram nobis Salernj comparerent audi-  
 turj per nos facere dictam sententiam super causa predicta.  
 Quo termino ueniente quia predictus Judex Guillelmus interes-  
 se recusauit et se per suas licteras negauit Velle interesse pre-  
 dictis predicto domino Riccardo Comite seu procuratore ipsius  
 pro eo Vocato et se contumaciter absentante dictoque nota-  
 rio paulo quo supra nomine comparente et hanc sententiam  
 per nos ferri cum instancia postulante dicto processu proba-  
 tionibus et informacionibus predictis per nos Visis et diligen-  
 ter inspectis dictisque locis et tenementis prius nostris Visis  
 te subjectis oculis plena cum deliberacione consilio diligenti

quia per ea que Vidimus et diligenter inspeximus ac nostrum informarunt animum et nos mouerunt et mouent Inuenimus predicta omnia in preffata peticcione contenta pro parte dicte maioris Salernitane Ecclesie plene coram nobis fore probata dietasque terras et tenimenta dicte maiorj Salernitane Ecclesie canonice et pleno Jure spectasse et spectare et ut premicitur per prefatum dominum Riccardum qui nunc est Comes seu alium eius mandato fuisse et esse ut premicitur indebite occupata et ex parte dietj Comitjs nihil fore probatum quod dicte ecclesie in predictis preiudicaret in aliquo Idcirco Nos quj supra arbitrij forma Ipsius Compromissi diligenter attenda et per nos in omnibus tenaciter obseruata auctoritate potestatis predictae xpisti nomine Inuocato pronunciamus et sentenciando declaramus predicta Tenimenta et terras in dicta peticcione distinctas canonice pertinuisse et pertinere predictae maiori Salernitane Ecclesie et prefato domino archiepiscopo pro ea pleno Jure Nec non mandamus sentenciamus et Volumus dictum dominum Comitem tenerj ad integram restitutionem dictarum terrarum et tenimentj in predicta peticcione contentorum et eorum ut premicitur indebite occupatorum Et ipsum dominum Comitem debere restituere et integraliter reddere Ipsas terras et tenimentum predictum predictae Ecclesie et prefato domino Salernitano archiepiscopo pro ea seu suo procuratorj uel nuncio pro eodem Mandantes et sentenciantes quod idem dominus Comes et eius heredes permittent eundem dominum successores suos et partes prefate maioris salernitane Ecclesie per se et alios eorum nomine transire dictum fluuium Syleris et ire ad ysclas et terras predictas pro laborarj faciendis eisdem nomine Salernitane Ecclesie per se et alios eorum nomine non obstante quod separate fuerunt per subitam alluionem dietj fluminis Syleris ac tenimento Pecte quod Vna cum predictis ysclis et terris Canonice ad dictam Salernitanam Ecclesiam pertinuit et pertinet pleno Jure predictum dominum Comitem et predictum eius procuratorem pro eo predicto domino Salernitano archiepiscopo Maiori Salernitane ee-

clesie et prefato procuratorj pro eis ad predictam auctoritate  
 qua supra sentencialiter eciam condepnando - In hijs scriptis  
 hanc nostram diffinicionem et sentenciam predicto Collega no-  
 stro requisito et nolente ad predicta ut premictitur interesse  
 predictis procuratoribus dictarum parcium per nos Vocatis ad  
 predicta et dictj dominj Comitjs procuratore non comparente  
 set se contumaciter absentante Ipsoque notario Paulo quo su-  
 pra nomine coram nobis comparente et presente sic ut pre-  
 mictitur proferentes Quam sentenciam et diffinicionem et omnia  
 et singula contenta in eo proferimus et Valere uolumus...  
 omnj Via et Juris forma quibus melius et efficacius Valere  
 possunt et debent secundum nobis premissam traditam pote-  
 statem que mandamus et Volumus a predictis partibus et Ip-  
 sarum qualibet obseruarj et... in dicto compromisso conten-  
 ta commictenda semel et pluries prout in compromisso con-  
 tinctur eodem Requirentes dictos Judicem notarium et testes  
 quod de predictis ad testimonium et cautelam dicte Salerni-  
 tane Ecclesie faciant eidem domino archiepiscopo et predicte  
 majori Salernitane ecclesie... plura competencia publica In-  
 strumenta. Qua sententia lata data et publicata per dictos ar-  
 bitros nobis presentibus die predicta presente dicto notario  
 paulo et quo supra nomine nos Rogauit ut de predictis suo  
 quo supra nomine et eidem majorj Salernitane Ecclesie face-  
 remus quoddam publicum Istrumentum ad... et predicte  
 majoris Salernitane ecclesie et omnium et singulorum quorum  
 interest et Interesse poterit in futurum testimonium et Cau-  
 telam ad mandatum eciam dictorum. . factum est exinde pre-  
 sens publicum Instrumentum per manus mej predictj notarij  
 signo meo solito signatum... et nostrum predictorum testium  
 subscripcionibus roboratum ac subscripcionibus dictorum et  
 prefatj notarij Mathei per eos pro notario publico ad predicta  
 assumpto signo et subscripcione communitum. Quod autem su-  
 perius inter uirgulos scriptum est legitur per partes subscriptas  
 nomine et... Ipsam consuetudinario die subscripsi Et quod  
 in abraso legitur predicte quocumque Quod Ego predictus Au-

dreas dardanus publicus Salernj notarius qui Interfuj scripsi  
et meo signo sigauj ».

*Ego qui supra Rogerius Judex*

*Ego predictus thomas de porta miles testis sum*

*Ego predictus Bartucius qui supra testis sum*

*Ego predictus Johannes Bissidus testis sum*

*Ego predictus Johannes de porta miles testis sum*

*Ego predictus notarius Nicolaus triminus testis sum (a).*

LIV. *Continuazione* — E qui non rimanendo che a parlarsi della morte del predetto arcivescovo, diciamo, dietro l'autorità dell'Ughelli, che fu da essa colpito precisamente nel giorno 3 di dicembre dell'anno 1333 e mentre trovavasi in Napoli sua patria. Quivi rimasero le fredde di lui spoglie, essendo state riposte in un decente sarcofago costruito nel muro sinistro dell'altare gentilizio di sua famiglia, situato nella chiesa cattedrale, altare intorno a cui vennero altresì collocate le ceneri di Errico e di Filippo Minutolo, il primo cardinale e vescovo di Frascati ed il secondo del pari insignito della romana porpora ed arcivescovo di Napoli (b), con es-

Epoca della  
morte del pre-  
detto arcivesco-  
vo.

(a) Arc. III, num. 219.

(b) Ecco, in fatti, quanto si legge intorno a tal punto nel Chioccarello nel suo catalogo dei vescovi ed arcivescovi di Napoli alla pag. 190. « Ex actis visitationis metropolitanae ecclesiae anni 1580... haec inter alia habentur, cum de eo sacello familiae Minutulae agitur fol. 102. Super altare Sanctae Anastasiae est constructum satis pulchrum, et magnificum marmoreum sepulchrum domini Henrici Minutuli S. R. E. Cardinalis, et Episcopi Tusculani, qui dominus Cardinalis proprijs sumptibus fieri fecit portam magnam praedictae maioris ecclesiae etc. et eius cineres, supradicti Cappellani dixerunt esse reconditas retro altare praedictum. A dextris eiusdem altaris in pariete est aliud sepulchrum marmoreum Reverendissimi Vrsi Minutuli Archiepiscopi Salernitani, in quo similiter dixerunt esse reconditas eius cineres. A sinistris vero in alio pariete est aliud sepulchrum

seri però avuto cura di far che in ogni tempo si distinguesse il sepolcro del nostro Orso da quelli de' due altri indicati personaggi, mediante l'apposizione de' seguenti versi leonini incisi su di esso —

JACET IN HAC TUMBA DOMINUS MINUTULUS VRSUS,  
 PONTIFICALIS APEX, QUEM PRAEFERT LINEA RURSUS.  
 VIRTUTUM VITIS, PHILIPPI VERA PROPAGO,  
 PONTIFICUM GEMMA, VITAE PROBITATIS IMAGO,  
 PARTIENOPE NATUM, SALERNUM PONTIFICATUM,  
 FLENTQUE TALE DATUM, MORITUR SUPER OMNIA GRATUM.  
 PARTIENOPEQUE TIBI SALERNUM PRAESULIS HUIUS  
 COMMENDAT CORPUS, ANIMAM, DEUS ACCIPE CUJUS.

BENEDETTO II.

LV. Ed eccoci a far parola del successore di Orso Minutolo, che fu appunto Benedetto II, originato da una famiglia appartenente alla città di Capua e promosso nel giorno 4 di marzo dell'anno 1334. A quel poco che del regime di un tale arcivescovo ha riferito l'abate Ughelli parecchie altre notizie dobbiam noi aggiugnere, che dichiareremo secondo l'ordine de' tempi e coll'esposizione de' documenti da cui risultano. E da prima ci si fa d'avanti l'affare di una provvista di rettoria esistente in Salerno sotto il titolo di s. Pietro de *Judice*, sulla quale vantavano il padronato l'abate ed i monaci di Cava, l'abbadessa e le monache del monistero di s. Maria de *dominabus* e due individui, fratelli germani, di cognome de *Judicissa* e l'uno chiamato Niccolò l'altro Guglielmo; ed i quali, conoscendo di esser ella vacata, atteso l'innalzamento del rettore che antecedentemente l'occupava, e ch'era Riccardo di Ruggiero già arcidiacono di Salerno, all'eminente dignità di arcivescovo di Capua, presentarono di comune accordo alla curia arcivescovile un tal Filippo di Alduino chie-

Collazione di una rettoria esistente in Salerno, sotto il titolo di S. Pietro de *Judice*, fatta in persona di un tale Filippo Alduino chierico della cattedrale.

similiter marmorum, cum circibus Reverendissimi domini Philippi Minutuli Archiepiscopi Neapolitani ».

rico della cattedrale, perchè ne fosse questi il successore. Institutosi un giudizio canonico per esaminarsi se legittime o pur no fossero le ragioni de' presentanti; da una parte si vide che certo ed irrepugnabile era il padronato che si attribuivano, comechè appoggiato a dichiarazioni di valevoli testimoni ed a pruove ch'esibivano scritture autentiche, ma da un'altra parte si conobbe che per quella volta erano essi decaduti dal loro diritto, e ciò per aver fatta la nomina durante la vita di papa Giovanni XXII, che, in virtù di una sua costituzione da aver vigore fino al termine del suo pontificato, aveva alla sua libera collazione riservati tutt' i benefizi di qualunque genere che vacassero nella romana curia, e senza aver riguardo al di lei difetto ed illegittimità non curato di rinnovarla dopo la morte di esso pontefice. Nulladimeno considerando l'arcivescovo, che la persona del presentato era fornita di meriti e qualità da renderla degna di posti ed onori nel santuario, essendo a lui rimasta devoluta la provvista della rettoria, si avvalse di tal sua facoltà per conferirla all'individuo medesimo, che ne addivenne quindi possessore legittimo in virtù non della presentazione fatta in suo favore, ma della libera collazione di chi era a capo della diocesi. La bolla intanto fu emanata nel giorno 27 di novembre dell'anno dell'era volgare 1335, primo del pontificato di papa Benedetto XII, ed è quale leggesi quà soggiunta: — « *Benedictus dei gratia Archiepiscopus Salernitanus, dilectis sibi in xpisto Philippo de Alduyno Clerico Maioris nostre Salernitane Ecclesie - filio Macciotti eiusdem cognominis de Salerno - Et Vniuersis et singulis ad quos Infrascripta peruenerunt - Presentium tenore notum facimus - testamur atque fatemur - quod Religiosus Vir dompnus Guicardus eadem gratia Venerabilis Abbas Monasterij Cauensis Salernitane Dyocesis et Conuentus ipsius - Abbatissa etiam ei Conuentus Monasterij Sancte Marie de Dominabus, seu de Monialibus Ciuitatis et dyocesis Salernitane, Nicolaus et Guillelmus Germanj qui dicuntur de Judicissa - olim die decimo Mensis Madij proxime preterite secunde In-*

dictionis - et Circumspectus Vir Abbas henricus de Mayrano Capuanus Canonicus - noster tunc in temporalibus et spiritualibus Vicarius generalis nomine et pro parte nostri et dicte nostre Ecclesie - asserentes se Veros Patronos Ecclesie sancti Petri de Iudice de Salerno - et Juris Patronatus ipsius - Bonafide existentes in possessione seu quasi ipsius Juris Patronatus et Juris presentandi Rectorem ad eam cum eam Vacare contingerit - prout totum Jus Patronatus predictum diuiditur per Vncias tresdecim et dimidiam pro portionibus infrascriptis - Videlicet prefatam nostram Maiorem Salernitanam Ecclesiam pro Vncia Vna et dimidia ex eis, dictum Monasterium Cauensem Abbatem et Conuentum ipsius pro Vncijs decem ex eis, dictum Monasterium sancte Marie - seu Abbatissam et Conuentum ipsius, pro Vncia Vna, et predictos Guillelmum et Nicolaum pro alia Vna Vncia ex eis - Ac asserentes etiam predictam Ecclesiam Sancti Petri et Rectoriam ipsius cum Juribus et pertinentijs suis tunc Vacasse de Jure et de facto per promotionem Reuerendi dominij Riccardi Rogerij - olim Archidiaconj Salernitanj et Rectoris ipsius Ecclesie Sancti Petri - qui tunc fuit Canonicus - Capuanus Archiepiscopus creatus - consecratus - et ipsius Archiepiscopatus possessionem et administrationem adheptus Canonicus - predicto die decimo dicti mensis Madij Coram nostro Vicario et Curia ipsius in Rectorem et pro Rectore dicte Ecclesie Sancti Petri presentarunt - prefatum Philippum Clericum - ut de legitimo Matrimonio natum - Etatis legitime, ydoneum et sufficientem, ad dictam Ecclesiam et Rectoriam ipsius Canonicus obtinendam - Prefatus uero Venerabilis Cauensis Abbas et Conuentus ipsius per suas licteras - suo Magno et noto sigillo pendentis munitas, et per fratrem franciscum de Ebulo - tunc Monachum Cauensem - ac Priorem Sancte Marie de dompno de Salerno et predicti alij Patronj superius nominati per eorum procuratores legitime ordinatos pro portionibus predistinctis - Petentes dictum Philippum Clericum ut premictitur presentatum pro predistinctis portionibus - per dictum nostrum Vicarium et eius Curiam Institui in Rectorem Ecclesie prelibate



prout in petitione inde facta et in actis dicte Curie plenius Vidimus contineri. Quia petitio oblata et in Judicio et apud Acta dicte Curie Recepta si ut . . . de Jure Recipi poterat et debebat. Edictoque ut Juris et moris est in dicta nostra Maiori Salernitana Ecclesia, et in prefata Ecclesia Sancti Petri de Mandato dicte Curie publice proposito et publicato - et pro parte dicti presentati - et eum presentatum certis Articulis et positionibus in Judicio et apud Acta oblati - et certis testibus productis Juratis et per eandem Curiam examinatis, et eorum dictis inscriptis reddactis ac certis privilegijs et cautelis per eum productis - et ex eis publicatione facta, et data copia partibus ex eisdem Inuentum est legitime et plene fuisse positum et probatum predictos presentantes fuisse Veros Patronos dicte Ecclesie Sancti Petri Jurium et pertinentiarum ipsius - et in possessione seu quasi ipsius Jurium Patronatus - et Juris presentandi rectorem ad eam cum ipsam Vacare contingerit pro portionibus supra distinctis. Sed quia tempore dicte presentationis predicta Ecclesia sancti Petri Vacavit et Vacabat in Romana Curia - Vbi predictus Reuerendus Capuanus Archiepiscopus fuit creatus et consecratus - et eodem stante in eadem Romana Curia per procuratorem possessionem adeptus Archiepiscopatus predicti - ipsius Ecclesie sancti Petri et Jurium ipsius prouisio et concessio pertinuit et pertinebat ad sanctissimum Patrem et dominum Bonememorie dompnum Johannem tum Papam Vicesimumsecundum dum Vixit - et ipsius presentatio et prouisio non pertinuit ad patronos predictos - ratione cuiusdam constitutionis per eundem papam edite - quam in Vita sua tantum uoluit habere Vigorem. Post mortem Vero prefati dominj Summi Pontificis - et de eius morte in maiori Salernitana Ecclesia de Mense Januarij proxime preterite tertie Indictionis publice et sollempniter exequijs celebratis - nulla prouisione seu gratia facta de ipsa Ecclesia sancti Petri per prefatum Dompnum summum Pontificem dum Viuebat - nullaque alia facta presentatione infra Canonica tempora uel post de aliquo in Rectorem dicte Ecclesie post

mortem prefati dominj summi pontificis per patronos prefatos prout etiam in dictis nostris actis Vidimus contineri - collatio et prouisio dicte Ecclesie sancti Petri - Jurium et pertinentiarum ipsius - propter negligentiam patronorum ipsorum nobis pertinuit, et ad nos pro ista tantum Vice est Rationabiliter deuoluta - et ex causis eisdem declaramus Predictam maiorem Salernitanam Ecclesiam - Cauensem Monasterium, Monasterium Sancte Marie et predictos germanos fuisse et esse pro predistinctis portionibus Veros patronos dicte Ecclesie sancti petri Jurium et pertinentiarum ipsius et in possessione seu quasi ipsius Juris Patronatus, et Juris Patronatus, et Juris presentandi Rectorem ad eam cum ipsam Vacare contingerit, pro portionibus supradictis - et dictum philippum presentatum fuisse sufficientem et ydoneum ad dictam Ecclesiam et Rectoriam ipsius Canonice obtinendam - si ipsorum patronorum negligentia non fuisset ut superius continetur - Declaramus etiam quod propter predicta pro ista Vice tantum collatio et prouisio dicte Ecclesie sancti Petri ad nos est Rationabiliter deuoluta et quod per Infrascriptum nostrum actum et collationem - dictis Patronis in futuris Vacationibus dicte Ecclesie et presentationibus faciendis ad eam preiudicium aliquod minime gigneretur - set ipsis non obstantibus eorum in futurum recipiatur presentatio, et in alijs Vacationibus, ad presentationem eorum pro portionibus predistinctis; Instituatur Rector in dicta Ecclesia sancti Petri cum Juribus et pertinentijs suis. Nosque Actendentes - grata satis et accepta seruitia - qua tu philippe de Alduyno et Pater tuus predictus nobis et dicte nostre Ecclesie Inpendistis et tue Merita probitatis - ac considerantes probamina prefati Reuerendi dominj Capuanj Archiepiscopi - nobis prote digno porrigentis - tibi Reddimur ad gratiam liberales. Quapropter Volentes tibi facere gratiam specialem - tibi Abbati Philippo - Clerico tamquam Benemerito etiam in beneficium Canonice conferimus predictam Ecclesiam Sancti Petri cum Juribus et pertinentijs suis et Rectoriam ipsius ad nostram collationem pro ista Vice tantum rationabi-

liter ut premittitur deuolutam et spectantem - et per nostrum Anulum te presentem Canonice et presentialiter Inuestimus - de eadem cum Juribus suis omnibus pertinentibus ad eandem. Committentes tenore presentium et expresse mandantes - discreto Viro domino Matheo de dato Maioris Salernitane Ecclesie Presbitero Cardinali - quatenus cum per te uel alium tuo nomine fuerit requisitus - te uel tuum procuratorem tuo nomine - in corporalem possessionem seu quasi dicte Ecclesie - Jurium omnium et pertinentiarum ipsius Inducat ac defendat inductum - faciens tibi de fructibus - redditibus et Juribus Vniuersis dicte Ecclesie Integre decetero responderi - Ammolo abinde quolibet alio Illicito detemptore. Contradictores et Rebelles ad id auctoritate nostra censura Ecclesiastica Canonice compescendo. In cuius rei memoriam - et tui Philippi Clerici atque omnium et singulorum - quorum - et cuius Interest et Interesse poterit testimonium et Cautelam - fieri mandauimus et fecimus presentes nostras patentes licteras - nostri sigilli appensione et inscriptione Munitas - Actum et Datum Salerni in nostro Archiepiscopali Palatio - die - Vice-simoseptimo Mensis Nouembris quarte Indictionis - sub Anno dominij Millesimo Trecentesimo - Tricesimo quinto - Pontificatus Sanctissimi in xpisto Patris et dominij nostri dominij Benedicti diuina prouidentia Pape duodecimi - Anno eius Primo ».

✱ *Nos Benedictus qui supra archiepiscopus predicta fatemur (a).*

LVI. *Continuazione* — Dopo di ciò, troviamo che nell'anno 1336 intervenne esso arcivescovo all'atto di una solenne permuta eseguitosi in sua presenza tra un canonico di questa cattedrale, chiamato Matteo di Protogiudice, ed un tale Giacomo Comete milite e professore di medicina, il primo cedendo al secondo uno stabile sito in Salerno, in contiguità della chiesa sotto il titolo di s. Maria de Ruganova e consistente in una terra dominata da una casa che da lui si posse-

Contratto di permuta di uno stabile di pertinenza del capitolo di Salerno con un territorio di proprietà di un tale Giacomo Comete, eseguitosi coll'assenso ed intervento dell'arcivescovo.

(a) Arc. III, num. 225.

deva nella sua qualità di beneficiato, e questi dando a quegli in cambio un territorio arbustato giacente nel villaggio di Capriglia e di cui era proprietario. Coll'arcivescovo trovossi presente a questa convenzione oltre al notaio ed a' testimoni un giudice altresì detto *ad contractus* e che chiamavasi Niccolò di Giacinto, i quali tutti mediante una pubblica e legale scrittura compilata appositamente e munita delle loro firme rispettive dichiararono quanto era occorso in siffatta occasione; e della quale vennero distesi due esemplari consimili, da servire ognuno di cautela e sicurezza di ciascuno de' contraenti, essendone i termini quali leggonsi qui riferiti — « *IN NOMINE* dominj dej Eternj et saluatoris nostri Jhesu xpisti anno ab Incarnatione eius Millesimo trecentesimo tricesimo sexto - et Vicesimo octauo anno Regnorum dominj nostri Roberti dei gratia Jerusalem et Sicilie gloriosissimi Regis ducatus Apulie et principatus capue prouincie et forcalquerij ac pedimontis Illustrissimj Comitit. Die Vltimo mensis decembris quinq; Indicionis in maiori Salernitano Archiepiscopalj palatio. Nos Nicolaus de Jacinto Judex ad contractus Ciuitatis Salernj Johannes macza puplicus eiusdem Ciuitatis et ubique per totum predictum Regnum Sicilie Regia auctoritate Notarius - et subscripti testes ad hoc Vocati specialiter et rogati. Presenti scripto publico notum facimus et testamur quod eodem die in nostrj presencia - ac in presencia etiam Reuerendj in xpisto patris et dominj domini Benedicti dei et apostolice Sedis gratia Salernitanj Archiepiscopi constituti Viri nobiles dominus Jacobus Comete miles professor in phisica - filius quondam domini mathei militis qui similiter Comete dictus est Ciuis Salernj ex vna parte - et abbas Matheus de protoiudice Canonicus dicte maioris Salernitane Ecclesie ex parte altera - Coniunti sunt inter se ad subscriptam permutationem - seu Infrascriptum contractum faciendum - Et ipse abbas Matheus asseruit a dicta maiorj Salernitana Ecclesia in beneficium tenere et possidere intra hanc Salernitanam Ciuitatem in postribulo istius Ciuitatis prope Ecclesiam sancte Ma-

rie de Ruganoua - Integram terram cum casa fabricata Vno solario solerata cum camminata curti cum puteo et obstracello - et alia curti seu casaleno - que Videlicet terra cum casa a parte orientis Vie iuxta quam porta Cellarij seu taberne ipsius domus constructa est - a parte septentrionis Casaleno aliorum a parte occidentis Andito comuni iuxta que porta dicti Casalenj seu Curtis constructa est a parte meridiei partim dicto andito - partim rebus aliorum partim alterj Andito iuxta quem in parte occidentis alia porta dicte Curtis cum puteo constructa est - et partim rebus heredum quondam Magistri Philippi pappacarbone coniunta est. Et ipse dompnus Jacobus asseruit sibi similiter suis Rationibus pertinere Integram terram cum arbusto et alijs fructiferis arboribus sitam in casalj Caprile pertinente Salernj prope Ecclesiam Sancti Nicolaj de eodem loco que inde terra cum arbusto et alijs fructiferis arboribus a parte occidentis Vie publice a parte Septentrionis rebus dicte Ecclesie Sancti Nicolai - a parte meridiei ad medium Vallo-nem - et alios confines coniunta est - quam Videlicet Integram terram cum casa fabricata Vno solario solerata cum camminata curti et puteo et alia curti seu casaleno suprascriptis loco et finibus distinctam quam in beneficium ut dictum est - dictus abbas Matheus asserebat se tenere et possidere - idem abbas Matheus cum Integra predicta terra cum arbusto - et alijs fructiferis arboribus suprascriptis finibus distincta ipsius domini Jacobi predicta Integra terra cum casa cum casaleno et curti superius distincta pro augmento tamen et melioracione dicte maioris Salernitane Ecclesie Valere extitit extimata per huius rej conscios et expertos permutare conuenerat et nimium affectabat pro eo quod integra predicta terra cum arbusto et alijs fructiferis arboribus predicti dominj Jacobi erat et est maioris Valoris redditus et prouentus Valoris et eciam Vtilitatis - quam suprascripta Integra terra cum casa et prefato casalino et curti supradistinctis ipsius maioris Salernitane Ecclesie. Vnde ipse abbas matheus sua spontanea Voluntate et expresso consensu - utiliter gerendo causam et negotium suum

et dicte maioris Salernitane Ecclesie - ac cum manifesta et evidenti utilitate ipsius et Ecclesie memorate - utiliora sibi et dicte Ecclesie ei profutura respiciens gerens et procurans in hac parte - trino primo inter se ipsum - et cum alijs sapientibus Viris sollenni tractatu canonice habito sicut ei placuit sponte per hoc scriptum promutacionis ordine per eum adhibitis prius et obseruatis ad predicta et subdicta omnibus et singulis sollennitatibus que ad inexpugnabile robur ipsorum - a Jure et consuetudine requiruntur ac cum Juris plenitudine bona dedit et tradidit per fustem ipsi domino Jacobo pro se et suis heredibus bona fide per fustem recipienti Integram predictam terram cum casa fabricata Vno solario solerata cum camminata curti et puteo - et alia curti cum casaleno supradistinctis quam se in beneficium a dicta maiori Salernitana Ecclesia tenere et possidere dixit ut supra inter hanc Salernitanam Civitatem in suprascripto loco suprascriptis finibus sicut dictum est distinctam Cum omnibus que inter ipsam permutacionem dacionem et tradicionem - sunt cunctisque suis pertinentijs et cum Vice de predictis Via et anditis et de alijs Vijs et Anditis suis et cum muniminibus exinde continentibus. Ea ratione - ut Integra ipsa permutatio datio et traditio qualiter superlegitur semper sit in potestate ipsius domini Jacobi et heredum eius et ipse Jacobus et eius heredes licentiam habeant de eadem permutacione dacione et tradicione facere quod Voluerint. Et propter hoc idem dominus Jacobus - sicut ei placuit sponte per conuentionem per hoc scriptum similiter permutacionis ordine adhibitis et obseruatis omnibus et singulis sollennitatibus ut supra bona fide dedit et tradidit ipsi abbati Matheo bona fide similiter recipienti pro se successoribus suis et partibus dicte maioris Salernitane Ecclesie ut supra Integram suprascriptam terram cum arbusto superius distinctam - quam sibi similiter suis Rationibus ipse dominus Jacobus sicut dictum est asseruit pertinere in dicto casalj caprile - prope dictam Ecclesiam Sancti Nicolai suprascriptis finibus sicut dictum est distinctam - Cum omnibus que intra ipsam permu-

tacionem dacionem et tradiccionem sunt - cunctisque suis pertinentijs - et cum Vice de predicta Via et de alijs Vijs suis - cum maniminibus exinde continentibus. Ea Ratione ut integra ipsa permutatio datio et traditio qualiter superlegitur semper sit in potestate ipsius abbatis mathei et partium dicte maioris Salernitane Ecclesie. Et ipse abbas Matheus et partes dicte maioris Salernitane Ecclesie licentiam habeant de eadem permutacione datione et tradiccionem facere quod Voluerint - Que Videlicet Integra terra cum arbusto ipsi abbati Matheo pro parte sua successorum suorum et partium dicte maioris Salernitane Ecclesie - ab eodem domino Jacobo sicut dictum est permutacionis ordine data et tradita - ut superius continetur secundum multorum hominum opiunionem et nostram - et ipsam etiam rei Veritatem et euidenciam facti ipsi abbati Matheo Successoribus suis et partibus dicte maioris Salernitane Ecclesie - magis utilis et necessaria est et maioris Valoris redditus et prouentus quam suprascripta Integra predicta terra cum casa supra distincta - maxime cum in hac permutacione conditio ipsius maioris Salernitane Ecclesie remeliorata est in redditibus et prouentibus ipsius - et detrimentum non substinet sed augmentum et uera sunt omnia prout superius sunt expressa - prout oculata nos docuit certitudo - et nobis etiam facta extitit plena fides. Vnde per conuentionem ipsi dominus Jacobus et abbas Matheus trino solenni tractatu habito inter se - et cum alijs probis et sapientibus Viris - eorum mutua et gratuita Voluntate gadium sibi adinuicem dederunt - et fideiussores adinuicem posuerunt semetipsos. Et per ipsam gadium et stipulacionem solennem ipsi dominus Jacobus et abbas Matheus - eorum mutua et gratuita Voluntate - et solenni tractatu habito inter se ut supra - promiserunt - et se heredes successores suos - et partes dicte maioris Salernitane Ecclesie - et bona ipsorum legitime obligarunt - alter scilicet alterj presenti - et pro se suisque heredibus et successoribus recipienti Integram predictam terram cum casa casaleno et curti - et Integram predictam terram cum arbusto et alijs fructiferis ar-

boribus supradistinctis - et predictam permutacionem dationem et tradicionem - et quamlibet partem et rem ipsius - cum expensis et sumptibus ipsorum domini Jacobi abbatis Mathei successorum heredum ipsorum et cuiuslibet eorumdem sibi adinuicem et illorum heredibus et successoribus defendere ab omnibus hominibus et personis in Iudicio - uel extra Iudicium dicto facto - uel opere - contra predicta subscripta - uel ipsorum aliquod uenientibus. Obligantes se ipsi abbas Matheus et dominus Jacobus - eorum mutua et gratuita Voluntate heredes successores et bona eorum sibi adinuicem et suis heredibus et successoribus id ab eorum quolibet pro se et quo supra nomine legitime stipulanti alter alteri teneri de euiccione et pro euiccione et defensione domus et possessionis predictarum superius distinctarum proprietatis et possessionum ipsarum de Jure in Iudicio et extra Iudicium - Et tribuerunt sibi adinuicem pro se et nomine quo supra licentiam et plenariam potestatem - ut si et quando Voluerint potestatem habeant ipsi dominus Jacobus et abbas Matheus heredes et successores eorum ipsam terram cum arbusto et alijs fructiferis arboribus et prefatam terram cum casa superius distinctam - pro se defendere qualiter Voluerint cum omnibus muniminibus et Ratio-nibus - quas de ea ostenderint. Et si sicut superius et inferius scriptum est ipsi dominus Jacobus et abbas Matheus heredes et successores eorum et partes dicte maioris Salernitane Ecclesie - seu ipsorum alter sibi adinuicem non adimpleuerint - et predicta et subscripta uel ex eis quicquam remouere - aut contradicere presumpserint seu facere et adimplere non curauerint - per eandem guadium et stipulacionem sollenem promiserunt et obligauerunt se heredes et successores suos - partes et bona dicte Ecclesie - predicti dominus Jacobus et abbas Matheus - eorum mutua et gratuita Voluntate ut supra sibi adinuicem pro se heredibus et successoribus suis stipulantibus ut supra soluere et componere sibi adinuicem Vice qualibet contraueniens seu non adimplens et effectiue non faciens predicta et subdicta obseruanti et adimplere Volenti - pene no-



mine quinquaginta Augustales et predicta et subdicta nichilominus adimplere et facere - predictis subdictis pena obligationibus - et omnibus alijs in omnem euentum efficacibus remanentibus cum effectu - quia sic inter eos stetit specialiter et conuenit. Et ex specialj pacto habito inter partes eadem legitime et solemniter in limine predictorum - predicti dominus Jacobus et abbas Matheus eorum mutua et gratuita Voluntate et expresso consensu ac solemnj tractatu habito prius ut supra pro se heredibus et successoribus suis seu partibus dicte maioris Salernitane Ecclesie sponte et ex certa eorum scientia renuntiauerunt eodem die et in nostri presentia sibi - adinuicem pro se - et nomine quo supra recipientibus excepcionj dolj malj metus et in factum - excepcioni rei non geste uel aliter geste que ut superius et inferius continetur excepcioni et contitioni indebite sine causa - ob causam datam et causam non seculam ob turpem nullam uel iniustam causam Juri per quod subuenit contrahentibus deceptis ultra dimidiam Justi pretij per quod dicitur quod solemnitates alie - debent in talibus contractibus declarari seu apponj beneficio Restitucionis in Integrum - Jurj et autentice hoc est Jus porrectum decreto quod incipit sine excepcione - et generaliter omnj Jurj canonico Ciuilj longobardo Constitutionario - consuetudinario et cuicumque alij - et Vnicuique ipsorum priuilegio et forj priuilegijs Rescriptis et licetis impetratis et impetrandis gratiam et Iustitiam continentibus - et eorum Vsuj et fauori - quibus omnibus seu ipsorum aliquibus contra predicta subdicta seu ipsorum aliqua Venire posset - de Jure uel de facto uel ab eorum obseruantia. . tuerj et Juridicenti generales Renuntiaciones non Valere et Juri dicenti predictis omnibus seu ipsorum aliquibus renuntiarj non posse. Certiorati prius ipsi dominus Jacobus et abbas matheus eorum mutua et gratuita Voluntate certioracione congrua et conuenienti eis prout decuit inde facta legitime de omnibus predictis Juribus excepcionibus legum auxilijs et omnibus et singulis alijs supradictis - et de effectu eorundem et quod se possent et potuissent Juarj si sic

expresse et ex certa sciencia eorundem - per eos renuntiata non foisset eisdem prout superius continetur - Preterea supra-scripti dominus Jacobus et abbas Matheus eorum mutua et gratuita Voluntate - et expresse consensu ut supra sibi adinuicem et Vnus alterj recipienti ut supra tactis sacrosanctis euangelijs - sacramenta prestarunt - predicta facta fore in utilitatem et comodum predictae Ecclesie Salernitane - et nil in lesionem dicte Ecclesie actum est nec aliquid dolo uel fraude factum est in contractu predicto sed bona fide in augmentum ipsius Ecclesie - et quod predicta et subdicta omnia uera fuerunt sunt - et contra predicta subdicta - uel ipsorum aliqua dicti dominus Jacobus - et abbas Matheus - heres et successores eorum - et partes dicte maioris Salernitane Ecclesie - seu ipsorum ab eo non Venient non dicent non allegabunt non ponent - non probabunt - non excipient nec facient nec ponj probarj excipi allegari - nec dari facient sed ipsa omnia omnj futuro tempore rata et firma habebunt - adimplebunt et facient cum effectu. Et Volerunt ipsi dominus Jacobus et abbas matheus pro se suisque et successoribus huius rei corporalem possessionem eorum propria auctoritate ingrediantur et apprehendant - et interim constituerunt se ijdem dominus Jacobus et abbas matheus - ipsorum domini Jacobi et abbatis mathei successorum et heredum eorum - donec ijdem dominus Jacobus et abbas matheus ipsorum possessiones acceperunt - dictarum terre cum arbusto et domus cum casaleno et curti possessiones precario nomine alterum ab altero tenere et possidere transferendo in eosdem dominum Jacobum et abbatem matheum sibi adinuicem dominium et possessionem omnimodam dicte terre cum arbusto et alijs fructiferis arboribus et domus predictae cum casaleno et curti superius distinctis - et omnium ipsorum Jurium aliorum. Fatemur insuper nos predicti Judex notum et testes subdicti - quod predictis et subdictis Interuenerunt omnes et singule solennitates Juris et facti - que in huiusmodj actibus ad inexpugnabile robur eorum a Jure et consuetudine requirantur - et quod de antiqua prescripta et appro-

bata consuetudine Ciuitatis Salerni est obtentum et obseruatum inter Ciucs Salernj et Ecclesijs - seu monasteria sifa inter Ciuitatem Salernj et foris in pertinentijs eius seu contrahentes in Ciuitate eadem - quod permutaciones et cetere alie alienaciones super eorum rerum stabilibus fieri possunt Valent et tenent Juris obseruantia non obstante - Ita tamen quod conditio Ecclesie - seu monasteriorum ipsorum propterea in aliquo non ledatur. Fatentes etiam et intestantes quod omnia et singula predicta et subdicta acta et gesta sunt per ipsos abbatem Matheum et dominum Jacobum cum consensu decreto mandato et uoluntate dicti dominj Salernitanj archiepiscopi - Qui Videlicet dominus archiepiscopus expositissibi et narratis omnibus et singulis predictis et de eis canonice plenarie facta fide eidem ipsa Vera esse et in utilitatem et comodum diete maioris Salernitane Ecclesie - et ipsius abbatis mathei predicta fore facta et gesta respiciens - cum juris plenitudine eodem die et in nostri presentia ad inexpugnabile robur et ad petitionem etiam contrahentium predictorum predictis omnibus et eorum singulis - etiam in hijs scriptis eius decretum auctoritate Iudiciaria et consensum expressum canonice apposuit et adhibuit confirmans et ratificans etiam omnia et singula predicta. Fatemur etiam quod predicta et subdicta omnia et eorum singula coram nobis gesta confirmata - ut superius continetur - non narratiue sed assertiue - et cum Veritate loquimur et testamur - et ea quibus interfuimus ipsi audiuimus et fide Vidimus oculata et ut ipsa per hoc scriptum probentur ad plenum nulla alia probacione seu requisicione ad predicta probanda - extrinsecus exquisita seu decetero necessario exquirenda. Iusuper Andreas manganarius procurator ad subdicta et alia statutus et legitime ordinatus eodem die et in nostri presentia per dictum abbatem matheum procuratorio nomine et pro parte dicti domini Jacobi recipientem in ueram Vacuam et corporalem possessionem induxit - et possessionem tradidit eidem quo supra nomine ibidem et in presenti. Et Versa Vice Cuculus Macziotti Cepparij de Salerno prucurator ad sub-

dicta et alia statutus et legitime ordinatus eodem die et in nostri presentia per eundem dominum Jacobum procuratorio nomine et pro parte ipsius re ipsa coram nobis de predicta. Integra terra cum arbusto et alijs fructiferis arboribus superscriptis loco et finibus distinctis presbiterum Jacobum pipitelum procuratorem dicti abbatis Mathei presentem procuratorio nomine et propterea dicti abbatis Mathei recipientem in ueram Vacuum et corporalem possessionem induxit et possessionem tradidit eidem quo supra nomine ibidem et in presentia. Vnde ad futuram memoriam certitudinem dicti domini Salernitanj Archiepiscopi et ipsorum domini Jacobi et abbatis Mathei heredum et successorum ipsorum imposterum - testimonium et cautelam facta sunt exinde duo publica consimilia Instrumenta - per manus mei predicti notarij signo meo signata subscriptione mei quo supra Judicis - nec non Sigillo pendenti et subscriptione dicti domini archiepiscopi - ac subditorum testium subscriptionibus roborata. Que scripsj Ego predictus notarius Johannes qui rogatus interfuj et meo signo signauj - intervirgulauj superius manu propria ubi legitur fidealter alteri tenerj - non Vitio sed quia scribendo errauj et ideo pro autentico habeantur ».

✠ *Nos Benedictus qui supra archiepiscopus predicta fatemur*

✠ *Ego qui supra Nicolaus Judex*

✠ *Ego Rogerius capudgrassus testis sum etc. (a).*

La sentenza di Bertoldo marchese di Homburgo, con cui alla Chiesa di Salerno fu restituito il possesso della contrada « Batipaglia » vien inserita in un nuovo pubblico documento.

LVII. *Continuazione* — Coll'anno 1337 si fa poi luogo a due altre notizie relative al governo di Benedetto II. La prima riguarda la cura ch'egli ebbe di far inserire in un nuovo pubblico ed autentico documento l'importante decisione emanata da Bertoldo marchese di Homburgo e per commissione del re Manfredi, colla quale, come si è fatto a suo luogo conoscere, era la Chiesa di Salerno reintegrata nel possesso

(a) Arc. III, num. 224.

della contrada detta Battipaglia, che nel tempo delle vertenze e dissensioni tra la corte romana e l'imperatore Federico II era stata a lei tolta dal conte Marcoaldo. Al quale oggetto costituì egli in qualità di suo speciale procuratore un tale Cervo di Morrone cittadino capuano; che avendo esibito al cospetto di due giudici *ad contractus* l'autografo originale della predetta sentenza, per averla costoro riconosciuta perfettamente autentica e per essere stati autorizzati dal consenso non solo dell'arcivescovo ma altresì dello stratigoto (il che era anche una condizione richiesta indispensabilmente), ne ottenne di vedere, in conformità de' desideri del suo committente, coll'inserzione di essa in altra solenne e legale scrittura aggiunto un nuovo incontrastabile titolo del dritto della Chiesa salernitana. Fu la seguente — « **IN nomine domini dei Eterni et Saluatoris nostri Jhesu xpisti. Anno Ab Incarnacione ejus Millesimo. Trecentesimo. Tricesimo septimo. Et Vicesimo octauo Anno Regni domini nostri Roberti dei gratia Jerusalem et Sicilie, gloriosissimi Regis Ducatus Apulie et principatus Capue Provincie et forcalquerij ac pedimontis Illustrissimi Domini - Die Vndecimo Mensis Aprilis Quinte Indicionis Apud Salernum. Nos Malgerius Scoptus. et Landulfus Pastellarius. ad Contractus Judices Civitatis Salerni Lambar-dus Combolinus puplicus ejusdem Ciuitatis notarius et Infra-scripti testes Vocati de eadem Ciuitate et aliunde Videlicet Symon guarna. Martius Saluaticus Salernitanus doctor in phisica. Guillelmus de dyano. Petrus Grecus milites. Magister Nicolaus de Vrsone canonicus Salernitanus. Judex Andreas Marchisius. Dompnus Jacobus de habundantia Junior. Judex Adenulfus Marchisanus. notarius Andreas dardanus. notarius Paulus dardanus nicolaus terminius. Notarius Landulfus de Miranda notarius Andreas urigeorgij. notarius Guillelmus Scoptus - notarius Johannes de Rosa de Conca. notarius Nicolaus dardanus. et quamplures alij - ad hoc specialiter Vocati et Rogati Presenti scripto publico declaramus notum facimus et testamur quod die predicto discretus Vir dompnus Cerrus de Mur-**

rone de Capua procurator ad infrascripta Reuerendi in Xpistopatris et domini domini Benedicti dei et Apostolice Sedis gratia Salernitani Archiepiscopi. de quo legitime nobis constat - pro eo quod propria procuratoris constitutio - eodem die - et in nostra presentia facta fuit - coram predicto Domino Archiepiscopo pro tribunali Sedente in Salernitano Maiori Archiepiscopali palacio - et subsequente - coram Viro Nobili Domino Lotto de Aldemarijs de florenzia milite Regio Straticoto Salerni Suique districtus Judice et Assessore ipsius pro Curia sibi dato - et utriusque Curie cuiuslibet dominorum ipsorum pro tribunali Sedentibus in palatio domini nobilis domini Johannis Rogerij de Salerno militis in quo Curia Regitur - et dictus dominus Straticotus residet Juris dicendi gratia die predicto in nostra predictorum Judicum notarij et testium predictorum et subscriptorum presentia coram eis et ipsorum quolibet Successore die predicto - ostendit et publice legi fecit pro parte predicti domini Salernitani Archiepiscopi - et predictae sue Maioris Ecclesie quoddam priuilegium Magnifici domini domini Bertoldi Marchionis de hoemburg, dei et Regis gratia Sancti Seuerini et honoris ejus - Montis fortis etiam - et Arigentij pro ut in eo legebatur eius Vero Sigillo cere Rubee ut apparuit in filo Serico Salino et Rubeo in eo appenso - non abolutum non abrasum nec in aliqua parte Sui Viciatum Sed in prima sui figura existens roboratum et continens prout recitatum in ipso quorum Vidimus legimus Inspeximus diligenter - et auscultauimus et erat per omnia continentie subsequentis ». E rapportato un tal privilegio, che può vedersi nella pag. 372 nota a così continua « Quo priuilegio ostenso - et sic publice lecto et ascultato solemniter Ipse dompnus Ceruus quo supra nomine asseruit quod ejusdem domini Archiepiscopi et prefate sue Matris Ecclesie Intererat Priuilegium ipsum habere exemplatum - Insinuatam - et Judiciaria auctoritate publicatum - ad ipsorum domini Archiepiscopi et prefate sue matris Ecclesie - et ipsorum cuiuslibet imposterum testimonium - et Cautelam - propterea ipse procurator procuratorio nomine quo supra pe-

tebat ipsum Privilegium per nos exemplari Insinuari - et publicari ex decreto et auctoritate predictorum domini Salernitani Archiepiscopi - pro parte Maioris Ecclesie prelibate - et domini Straticoti - ac Judicis et assessoris ipsius - et ipsorum cuiuslibet - ad quorum officium - et ipsorum cuiuslibet huiusmodi insinuatio - et publicatio facienda spectabat - et in Insinuacione - et publicacione ipsa per prefatum dominum Archiepiscopum - et per consequens dictum dominum straticotum - ac Judicem - et assessorem ipsius - et ipsorum cuiuslibet Curie successiue pro tribunalj sedentes - eiusdem procuratoris petitionem factam eisdem fore Justam et consonam rationi - et quod Juste petentibus non est denegandus assensus - predictum privilegium per nos exemplari Insinuari et publicari et Iudiciaria auctoritate in publica forma reddigi Mandauerunt in Insinuacione - et publicacione ipsa - eorum - et cuiuslibet ipsorum auctoritate cum omni Juris solemnitate - ac adhibitis et observatis per ipsorum quemlibet et cuiuslibet ipsorum Curie successiue in nostri presencia die predicto pro tribunali sedendo - expresse et legitime eciam in hijs scriptis - Interponentes pariter et decretum. Sicque nos predicti Iudices - notarius - et testes predicti et subscripti Priuilegium ipsum - nullo in eo addito - Subtracto nel mutato quod sensum minueret nel mutaret eciam Intellectum exemplauimus Insinuauimus publicauimus - et eius tenorem totaliter - et incorruptum in hanc publicam scripturam et formam reddegimus - ex decreto et auctoritate predictorum domini Archiepiscopi - et subsequenter domini Straticoti - Iudicis et Assessoris eius - et Curie Vtriusque et cuiuslibet ipsorum pro tribunalj in nostri presencia die predicto successiue ad predicta eciam sedencium - et presens exinde confecimus Instrumentum scriptum per manus mei predicti notarij Lambardi - publici salerni notarij signo meo signatum sigillis pendentibus predictorum domini Archiepiscopi et straticoti nec non subscripcionibus et sigillis nostrum predictorum Iudicum et predictorum et subscriptorum testium subscripcionibus Roboratum - fatentes Insuper nos predicti Judi-

ces notarius et testes predicti et subscripti quod predicta omnia et eorum singula fuerunt acta et gesta presencialiter coram nobis dictusque procurator predicta omnia et eorum singula fecit de Voluntate Mandato-licencia et assensu domini Archiepiscopi suprascripti pro parte sue Maioris Ecclesie prelibate. Quod Ego predictus Lambardus Camboninus publicus Salerni notarius qui predictis Rogatus Interfui scripsi et meo signo signavi ».

*Ego qui supra Malgerius Judex*

*Ego qui supra Landulfus Judex*

Seguono le sottoscrizioni de' testimoni (a).

Assenso prestato dall'arcivescovo ad un contratto di permuta riguardante un fondo di dominio diretto della mensa con un altro più fertile ed ubertoso, appartenente ad un tal Giovanni Celestrino.

LVIII. L'altra notizia poi si riferisce ad un assenso e beneplacito ch'egli prestò ad un contratto di permuta effettuati tra un Guglielmo di Adelardo ebolitano ed un Giovanni Celestrino nativo di Montecorvino, in virtù del quale il primo trovandosi in possesso di un territorio che aveva ricevuto in feudo dalla mensa arcivescovile e giacente nel luogo detto Pugliauo, lo cedeva al secondo, e ne otteneva in vece un fondo più fertile e specioso sito nel luogo medesimo. Se n'era antecedentemente stipulato l'istrumento, ed in esso non si mancò di apporre la clausola di doversi pel valore dell'atto domandare ed attendere l'adesione dell'arcivescovo: che però interpellato ne' debiti modi e colle formalità prescritte dalle leggi, conoscendo il vantaggio che verrebbe a riportarne la sua Chiesa, non si mostrò punto renitente ad acconsentire a' desideri de' contraenti, e confermando quel che si era da essi fatto e stabilito. Tuttociò si rileva dal documento seguente: — « IN NOMINE dominj dei Eterni et Saluatoris nostri Jhesu xpisti - Anno ab Incarnacione ejus Millesimo Trecentesimo Tricesimo Septimo. Et Vicesimo nono Anno Regni domini nostri Roberti dei gratia Jerusalem et Sicilie gloriosissimi Re-



gis - ducatus Apulle - et Principatus Capue provincie et forcalquerij - ac Pedimontis Illustrissimi Comitis - Die Septimo mensis madii Quinte Indicionis apud Salernum in Archiepiscopali palacio. Nos Malgerius scoptus ad contractus Judex Civitatis Salerni - Nicolaus dardanus eiusdem Ciuitatis notarius - et infrascripti testes licerati - de eadem Civitate et Aliunde - Videlicet notarius Guillelmus Grecus - notarius Andreas dardanus - notarius Nicolaus triminus - notarius landulfus de Miranda Ciues Salerni - et notarius Johannes de Rosa de Conca - ad hoc specialiter Vocati et rogati. presenti scripto publico declaramus notumfacimus et testamur - quod ad instanciam et petitionem nobis factam per Johannem de Celestrino de Montecorbino - Accessimus ad Salernitanum Archiepiscopale palacium in quo Reverendum in xpisto patrem et dominum dominum Benedictum dei et apostolice sedis gratia Salernitanum Archiepiscopum personaliter inuenimus - et dum essemus in ipsius domini Archiepiscopi presencia Idem Johannes ostendit quoddam Scriptum publicum roboratum et continens prout recitatum in ipso - quod Vidimus legimus et inspeximus diligenter et erat per omnia continencie subsequentis. In nomine domini nostri Jhesu Xpisti - Anno ab Incarnacione eius Millesimo Trecentesimo Tricesimo primo. domino nostro Roberto dei gratia gloriosissimo Rege Jerusalem et Sicilie - ducatus Apulje et principatus Capue - provincie et forcalquerij ac pedimontis Comite. Regnorum vero eius Anno Vicesimo tertio. Die Octavo mensis Januarij quintedecime Indicionis apud Montem corbinum. Nos Gregorius de Andrea Montiscorbini Judex - Andreas Constancius publicus eiusdem terre. Regia autorictate notarius. et Subscripti testes litterati - et illitterati de eadem terra - Videlicet Riccardus Cisarius Judex Andreas de Curci - presbiter Goffridus Constancius - Riccardus de ligorio et franciscus de mangerio ad hoc Vocati et rogati - Presenti Scripto puplico notumfacimus et testamur - quod constituli in nostra presencia Judex Guillelmus de Adelardo de Ebolo filius quondam domini Jacobi ex Una parte -

et Joannes de Celestrino de Montecorbino filius quondam Celestrini ex parte altera - Idem Judex Guillelmus et dominus Johannes eodem die Coniuncti sunt ad subscriptam permutationem inter se ad inuicem faciendam - Ipse quidem Judex Guillelmus asseruit se in pheidum habere et legitime tenere et possidere - A Maiori Salernitana Ecclesia et sibi et dicte maiori Salernitane Ecclesie pertinere in loco pullani pertinente dicte terre Montiscorbini - prope Ecclesiam Sancti Angeli Integram terram Sterilem Vacuam et Siluosam quae est per hos fines ab oriente finis pheudi dicti Judicis Guillelmi sicut sepi discernit - A Meridie finis dicti Johannis de Celestrino. A Septentrione finis pheudi dicti Judicis Guillelmi - ab occidente finis rerum predictae ecclesie Santi Angeli. Et ipse Johannes asseruit sibi similiter pleno Jure pertinere in dicto loco Pullani pertinenciarum dicte terre montescorbini prope Ubi ad Vineam de luca dicitur Integram terram cum quercubus - que a parte orientis finis Johannis Judicis leonardi - et presbiteri Johannis de luca - A meridie Septentrione et occidente finis dicti pheudi Judicis Guillelmi de Adelardo - et siqui Alij sunt confines - Valoris Annuatim tarenorum Auri trium ponderis generalis - Quam Videlicet terram Vacuam sterilem et siluosam - de suprascripto loco - et finibus designatam Idem Judex Guillelmus pro parte predictae Ecclesie Vtiliter gerendo in hoc causam et negocium suum - et ecclesie prelibate permutare Volebat et cupiebat cum suprascripta terra cum quercubus ipsius Johannis loco et finibus superius designatam seu distinctam - pro eo quod erant maioris valoris redditus et proventus quam suprascripta terra Vacua - sterilis et siluosa - ipsius Judicis Guillelmi - seruata tamen Voluntate domini Salernitani Archiepiscopi ad predicta et subdicta potestatem habentis. Unde sicut ipsi Judici Guillelmo placuit et congruum fuit sponte per conuencionem per hanc Cartulam Utiliter gerendo in hoc causam et negocium suum - et ecclesie prelibate permutationis ordine dedit - tradidit et assignauit pro parte sua et predictae ecclesie predictam terram sterilem vacuam

et siluosam sibi et dicte Salernitane Ecclesie pertinentem loco et finibus supradictis - distinctam - eidem Johanni pro se suisque heredibus recipienti. Cum omnibus que intra ipsam permutacionem dacionem et tradicionem sunt omnibusque suis pertinencijs - cum uice de suprascriptis Vijs suis - et alijs Vijs suis ac Juribus et muniminibus suis. Qua ratione ut Integra permutacio dactio. et tradicio qualiter superius legitur semper sit in potestate ipsius Johannis et heredum ejus et ipse Johannes et eius heredes licenciam habeant - de eadem permutacione - dacione et tradicione semper facere quod Voluerint. Cum omnibus muniminibus et racionibus - quas de ea ostenderint. Quam Propterea confirmacionem omnium predictorum dictus Johannes eidem Judici Guillelmo pro parte suorum - et parcium predictae Ecclesie - permutacionis ordine ut est dictum secundum meliorum hominum opinionem et conuiccionem - et ipsam eciam rei Veritatem et euidenciam factam et locorum possessionem ipsi ecclesie magis Vtilis et necessaria est - ac eciam maioris Valoris redditus - et prouentus - quam suprascripta terra sterilis Vacua et siluosa ipsi Johanni pro parte predictae ecclesie permutacionis eiusdem ut dictum est data et tradita per eum eundem Judicem Guillelmum maxime cum in hac permutacione conditio ipsius ecclesie remeliorata est - ac in redditibus et prouentibus ipsius - et detrimentum non substineat - sed Augmentum - et nulla deceptio - sive lesio in permutacione ipsa pro suprascripta ecclesia - nec in aliqua circumuentio interfuerit - sed diligenti inquisitione facta - per Judicem ligorium Stasium. Guillelmum sergentem. Mangerium Scrisium - et predictum Riccardum de ligorio - expertes et ydoneos ad premissa Electos per partes ipsas cum sacramento - per eos prestito coram nobis - ita Inuentum est sicut superius est expressum - Et obligantes se quidem Judex Guillelmus secessores sui - et partes predictae Ecclesie - Et ipse Johannes se et heredes suos predictam permutacionem et contractum omni tempore ratam et firmam habere et tenere - Et quod Vnus alteri de euiccionem

et de deuendendo teneatur racione contractus permutacionis eiusdem. Et pro Tutiori Cautela Idem Judex Guillelmus per conuencionem guadium ipsi Johanni presenti et recipienti pro se suisque heredibus dedit - Et fideiussorem ei posuit se met ipsum - Et per ipsam guadium ipse Judex Guillelmus obligauit se - successores suos - et partes predictae Ecclesie predictam permutacionem - dacionem et tradicionem seu contractum - eidem Johanni et suis heredibus ab omnibus hominibus defendere - et tribuit licenciam predicto Johanni Vt quum ipse Joannes et eius heredes Voluerint - potestatem habeant ipsam permutacionem - dacionem et tradicionem seu contractus per se defendere cum omnibus muniminibus et racionibus quas de ea ostenderint - Et si sicut superius scriptum est ipse Judex Guillelmus successores sui et partes predictae Ecclesie non adimpleuerint et suprascripta uel ex eis quicquam renouare aut contradicere presumpserint dictus Judex Guillelmus obligauit se successores suos et partes predictae Ecclesie - dare et soluere ipsi Johanni et illius heredibus uel cui hoc scriptum in manus peruenerit pene nomine Vncias auri decem et predicta omnia nihilominus adimplere - quia sic inter eos stetit specialiter et conuenit. Volens mandans et permittens - Idem Judex Guillelmus eidem Johanni - quod Ipse propter se ipsum seu alium ipsius terre possessione sua aut propria corporalem possessionem possit apprehendere et habere sine contradiccione cuiusquam - fateamur insuper nos predicti Judex notarius et testes - quod de Antiqua et prescripta - ac approbata consuetudine terre montiscorbini est inter heredes ipsius terre et Ecclesias seu Monasteria scitas in phinibus dicte terre montiscorbini - et Ciuitatis Salerni - et foris - et pertinencijs eius quod permutaciones - Vendiciones et cetere alia alienaciones super rebus eorum stabilibus fieri possint - Jura alie et solemnitates non seruate - dummodo condicio ipsius Ecclesie non ledatur fateamur etiam quod predicta omnia et eorum singula - non narrative - sed assertive loquimur Vt ea que Vidimus et quibus interfuimus per hoc scri-

ptum probentur - nulla ad probacionem eorum alia inquisitione seu probacione quesita - cum omnia et singula supradicta fuerunt coram nobis - eodem loco et tempore peracta. Vnde ad futuram memoriam et predicti Johannis et heredum eius Cautelam presens scriptum publicum ex iude factum est per manus mei predicti notarij signo meo signatum subscripcione predicti Judicis et dictorum testium subscripcionibus et subsignacionibus roboravi. Quod scripsi Ego predictus Andreas Constancius puplicus dicte terre Montiscorbini Regia autoritate notarius - qui predictis rogatus interfui et meo solito signo signauj. Ego qui supra Gregorius Judex. Ego predictus Riccardus Cesarius qui ad hoc interfui testis sum. Ego Andreas de Curte olim Judex qui predictis interfui testis sum. Ego predictus Goffridus Constancius qui predictis interfui testis sum. Signum Crucis proprie manus suprascripti Riccardi de Ligorio - qui ad hoc testis interfuit. Postque Eodem die - et in nostrum qui supra Judicis notarij et testium presencia prefatus Johannes qui predicto domino Archiepiscopo presenti et Audienti humiliter supplicavit ut permutacionem prefatam ut dictum est factam confirmare - acceptare - et roborare - ac suum prestare assensum - ex eius prouisione dominica et speciali gratia benignus dignaretur. Cui supplicacioni idem dominus Archiepiscopus Annuens - Considerans adeo - attentius et perspicacius intuens permutacionem huiusmodi utpote notorie et legitime factam esse - ut in predicto declarato Instrumento plenius et apcius continetur - in euidens comodum Maioris Ecclesie prelibate - ipsam permutacionem - quatenus facta est - Canonice et legitime ut est dictum - ex certa eius sciencia et speciali gratia confirmauit - et roborauit - et huius scripti puplici securitate suum benigne assensum prestitit liberalem - eamque omni futuro tempore ratam esse uoluit - atque firmam. Vnde ad futuram memoriam et tam prefate maioris Salernitane Ecclesie quam predicti Johannis de Celestrino - heredum et successorum ipsius et aliorum quorum et omnium interest et poterit interesse in posterum testimonium et Cautelam facta

sunt exinde duo publica consimilia Instrumenta. hoc quidem ad Cautelam prefate maioris Salernitane Ecclesie et aliud ad Cautelam predicti Johannis et successorum ipsius Vniuersalium et eciam singularium - et Aliorum omnium quorum inter est et poterit in posterum inter esse Scripta per manus mei predicti notarij signo meo signata - pontificali pendenti sigillo et subscripcione manus proprie predicti domini Archiepiscopi communita - nec non et manus predictorum Judicis et testium subscripcionibus et subsignacionibus roborata. Et scienter et expressim consensit ipse Johannes in nos predictos Judicem et notarium - tamquam in Judices et notarium - cum sciret ex certa sua scientia nos suos Judicem et notarium non esse. Quod autem in abraso scriptum est legitur Comite Reg<sup>o</sup> Octauo. Et quod inter uirgulos Scriptum est legitur Signum Crucis proprie manus suprascripti francisci quid ad hoc testis interfuit. Que scripsi Ego predictus nicolaus dardanus puplicus Salerni notarius qui rogatus interfui et meo signo signauj ».

✕ *Nos Benedictus qui supra archiepiscopus predicta fatemur*

✕ *Ego qui supra Margerius Judex*

*Ego predictus notarius Guillelmus grecus testis sum*

*Ego predictus notarius Andreas testis sum*

*Ego predictus notarius Nicolaus triminus testis sum (a).*

Collazione di una cappellania fatta da un canonico di Salerno a beneficio di un prete dimorante in Nocera, e condizioni apposte nella medesima.

LIX. Passando oltre, c'imbattiamo nel 1339 in una notizia non direttamente riferibile alle azioni di Benedetto II, ma che riguardando la collazione di una cappella eretta nella sua diocesi a buon diritto merita di essere qui registrata. Trovavasi ella stabilita in una chiesa di Nocera sotto il titolo di s. Pietro *ad Caluaniam* dipendente da un canonico di questa metropolitana, chiamato Itterio Seguini che n'era il rettore, ed a cui si apparteneva la facoltà di provvederla del cappellano. Quello che elesse a tal posto nell'anno di cui si

(a) Arc. III, num. 925.

tratta fu un prete nominato Sergio Cancaleno nativo di Tramonti e dimorante in Nocera medesima; ed ecco con quali condizioni: 1.<sup>a</sup> che di tutt' i frutti, rendite, proventi ed obblazioni una metà soltanto andar dovesse a beneficio del medesimo, dovendo l'altra metà riserbarla a vantaggio del collatore; 2.<sup>a</sup> che ciò nulladimeno sul primo soltanto graviterebbe l'obbligo dell'illuminazione della chiesa e di tutto l'altro necessario per l'esercizio del divin culto senza che il collatore dovesse in alcuna guisa contribuirvi; 3.<sup>a</sup> che la soddisfazione di tutt' i diritti e papali e vescovili e di qualsivoglia altra natura, o imposti o da imporsi, fosse anche a carico e peso del cappellano; ed in fine che in caso d'inadempimento di qualcuno degl'indicati articoli, la collazione potrebbe a beneplacito del rettore col fatto rivocarsi, ed anche quando avesse ella ricevuta l'approvazione e conferma dell'arcivescovo o del suo vicario generale. Il documento che tuttocìò manifesta è concepito ne' termini come quì appresso —

« **IN NOMINE** domini dei Eterni et Saluatoris nostri ihesu xpisti anno ab Incarnacione eius Millesimo Trecentesimo Tricesimo nono. Et tricesimo primo anno Regnj domini nostri Robertj dei gratia Jerusalem et Sicilie gloriosissimi Regis - ducatus Apulie et principatus Capue - Prouincie et forcalquerij - ac pedimontis Illustrissimi Comitis. Die Vicesimo quinto Mensis Septembris octaue Indicionis apud Salernum. Ante Nos Landulfum pastellanum Iudicem Ciuitatis Salerni - et Paulum dardanum puplicum eiusdem Ciuitatis - et per Totas prouincias principatus citra ultraque seras Montorij et Terre laboris - ac Comitatus Molisij Regia autoritate notarium. Presentibus dompno Jacobo de habundancia Canonico Salernitano. dompno Nicolao amalfitano - notario Jacobo dardano - notario Matheo dardano. notario Johanne de Mathia. notario Lambardo Ganibolino. et alijs ciuibus Salerni testibus subscribendis et ad hoc Vocatis specialiter et Rogatis. dompnus Iterius Seguini de petragono Canonicus Maioris Salernitane Ecclesie ac Rector Ecclesie Sancti Petri ad Caluaniam de Nuceria Salernitane diocesis. per conuencionem in Cappellianiam

perpetuam Contulit - tradit - et concessit - presbitero Sergio Can-  
caleno de Tramonto habitatorj nucerie filio quondam leonis  
eiusdem cognominis ut dixit. predictam Ecclesiam sancti pe-  
tri cuius Rector existit ut supra. Cum omnibus Juribus. pos-  
sessionibus - racionibus - et pertinentijs ad Cappellaniam ipsam  
spectantibus - Et cum Medietate omnium fructuum Redituum -  
oblacionum et obuentionum ad ipsam Ecclesiam pertinentibus -  
pleno Jure. Inuestiundo ipsum exinde per suum Birretum Ca-  
nonice de eisdem. Aliam medietatem dictorum fructuum - Red-  
dituum - oblacionum et obuencionum Ecclesie memorate idem  
Rector sibi et suis successoribus reseruauit. Et ipsam Eccle-  
siam idem presbiter Sergius. diurnis et nocturnis horis Illu-  
minet et officiat - ac Illuminarj et officari faciat ut decet Ec-  
clesiam sibi parem ut est hactenus consuetum - Et possessio-  
nes omnes ipsius Ecclesie annualiter apto tempore faciat la-  
borarj ut decet sic ut in melius proficiat et non depereat Et  
quicquid fructuum - uel frugum - Censur dacionis - aut obuenc-  
ionis seu omne aliud - quod ex eadem Tradicione - et con-  
cessione idem presbiter Sergius Juste percipere uel habere  
potuerit Totum illud sibi habeat faciendum quod voluerit exin-  
de Tantum omni anno - amodo - et quo aduixerit idem Presbi-  
ter Sergius dare Teneatur eidem Rectorj tantum in Vita ipsius  
Rectoris pro fructibus - Redditibus oblacionibus et obuencio-  
nibus Ecclesie memorate Reseruans sibi ut supra per eum Ta-  
renos Auri Quindecim monete Sicilie Juste ponderis generalis -  
ut dicendum est uidelicet medietatem ex eis in foro Salerni  
quod fit de mense Septembris Anno quolibet - et aliam me-  
dietatem in festo sancti Martini. Et Teneatur preter et ultra  
predictos Tarenos quindecim idem Presbiter Sergius soluere  
omnia Jura papalia spiritualia - synodatica - procuraciones et  
subuenciones et quecumque Alia Jura que a quocumque do-  
mino temporali - uel spirituali eidem Ecclesie decetero Impon-  
erentur seu Imponi contigit tam ex persona Rectoris ipsius -  
quam ex persona Cappellanj predicti. Et si aliquod anima-  
lium Viuum uel aliquid aliud quod ad ornatum ipsius Ec-



clesie pertineat - ipsi Ecclesie deuocione xristi fidelium datum dimissum - deductum - oblatum seu Judicatum fuerit quod ipse presbiter Sergius ad opus et pro parte ipsius Ecclesie studeat conseruare - Verum si ipse presbiter Sergius in dandis - soluendis - faciendis et complendis predictis omnibus ut dictum est Cessauerit - et predicta omnia non compleuerit ut est dictum - quod more potestatem habeat ipse Rector. predictam Tradicionem et concessionem ei auferre - et ad suum dominium Renocare faciendum exinde quod Voluerit. non obstante si Cappellania huiusmodi cum omnibus superius declaratis fuerit eidem Presbitero Sergio per Reuerendum in xristo patrem et dominum. dominum Benedictum dei et apostolice Sedis gratia Salernitanum Archiepiscopum seu eius Vicarium ab eo super predictis potestatem habentem Canonice confirmata. Vnde per Conuencionem ipse presbiter Sergius guadium ipsi dompno Ieterio dedit et fideiussorem ei posuit semetipsum. obligans ipsi Rectorj uel cui hoc scriptum in manu peruenerit quod predictis omnibus et subdictis ad pignorandum et capiendum omnes res suas et heredum eius legitimas et Iulegitimas autoritate sua propria sine decreto Judicij et Jussu pretoris in singulum duplum et triplum pro ut Rector ipse Elegerit et ei placuerit. Cum Refectione etiam omnium Sumptuum dampnorum expensarum interesse litis et extra Et si sicut superius et Inferius scriptum est ipse presbiter Sergius et eius heredes non adimpleuerint et suprascripta et subdicta uel ex eis quicquam Remouere aut contradicere presumpserint per ipsam guadium promisit et obligauit se et suos heredes Componere pene nomine Curie prefati domini Salernitanj Archiepiscopi Vncias auri quatuor tarenorum monete Sicilie Justi ponderis supradict pro cuius Curie parte fui Ego predictus notarius tamquam person<sup>a</sup> publica apud predictum Judicem et testes predictos a predicto presbitero Sergio sollempniter et legitime supplicatus et sicut suprascriptum et subdictum est adimple-re. propterea suprascriptus presbiter Sergius tactis sacrosantis Euangelijs eidem dompno Ieterio sponte ad sancta dei Euan-

gelia corporalem prestitit Sacramentum predicta omnia firmiter observare. Et scienter et expresse ipsi contrahentes consenserunt in nos predictos Judicem et notarium tamquam in suos cum scirent ex certa eorum sciencia nos suos Judices et notarios in hac parte non esse. Que omnia predictus Notarius paulus dardanus qui predictis Rogatus interfuj. Scripsi et meo signo signauj. Memorati nos predicti Judex notarius et testes quoniam quod uero Tradicio et concessio facta est saluo et reseruato consensu predicti domini Archiepiscopi seu eius Vicarij ab eo et ad id potestatem habens ».

*Ego qui supra Landulfus Judex*

*Ego predictus notarius Jacobus testis sum*

*Ego predictus notarius Johannes de Mathia testis sum*

*Ego predictus Nicolaus amalfitanus testis sum*

*Ego predictus notarius Matheus dardanus testis sum (a).*

Una chiesa sotto il titolo di s. Maria a mare con sentenza della curia è dichiarata di libera collazione dell'arcivescovo, rigettandosi la domanda di chi ne pretendeva il padronato.

LX. *Continuazione* — Or conviene far parola di una giudiziale sentenza pronunciata nel 1340 dal vicario generale del prelado in discorso, e ch'era in quel tempo Giovanni Gattola, nativo di Gaeta, arciprete in quella diocesi e canonico di questa metropolitana. Vacava il posto di rettore e capellano di una chiesa eretta sotto il titolo di s. Maria a mare (b), e su di essa vantando il possesso o quasi possesso di padronato una donna di nome Mariella, il di lei marito, Riccardo Marchisio, nella qualità di suo procuratore avanzò una domanda alla curia, nella quale messe innanzi le volute ragioni di sua moglie, presentava in di lei nome e vece un prete chiamato Giacomo Mollobene, chiedendo che a costui si conferisse la vacante rettoria. Levatosi ad impugnare le di lui

(a) Arc. III, num. 226.

(b) Con ogni verisimiglianza era quella medesima che attualmente si distingue coll'istesso titolo tra le chiese parrocchiali della Pastena villaggio di questa città.

asserzioni Niccolò Trimino notaio e fiscale della curia, col sostenere in contrario che il beneficio era di libera collazione dell'arcivescovo; si credè necessario di esigere dal presentante l'esibizion delle prove dirette a dimostrare la reale esistenza del padronato, prescrivendosigli un determinato tempo in cui dovesse produrle. Non trascurò egli di allegarne alcune da lui stimate vevoli; ma indarno, poichè esaminate e discusse se ne riconobbe la effettiva debolezza; dando motivo al vicario generale di dar fuori una decisione nella quale dichiarava la chiesa di esclusiva dipendenza dell'arcivescovo e de' di lui successori, e perciò alla di loro libera collazione appartenersi il provvederla del rettore nelle vacanze. Eccone i proprî termini — « *IN nomine dominj Amen. Nos Johannes Gactula de Gaieta Archipresbiter Spinei Gaietane dyocesis Canonicus Salernitanus Reuerendi in xpisto Patris et dominj dominj Benedicti dei gratia Archiepiscopi Salernitani in spiritualibus Vicarius generalis. Presentis diffinitive sententie tenore notum facimus Vniuersis et Singulis - ad quos Infra-scripta peruenerint quod olim die Quinto Mensis Decembris huius none Indictionis dum Curiam regeremus - in Archiepiscopali Palatio Salernitano - Singulis Justitiam ministrando - pro tribunali sedentes. Riccardus Marchisanus de Salerno Vir Marielle Vxoris sue - ac eius procurator - cum potestate substituendi - per eam legitime ordinatus - de cuius procuratione - publico Instrumento inde confecto manu Nicolai groye - publici Salerni Notarij Judicis et testium subscriptionibus roborato - nobis plene constitit euidenter - quantam petitionem - in Iudicio coram nobis obtulit continentie subsequens. Coram Vobis Venerabili Viro domino Johanne Gactula de Gaieta - Archipresbitero Spinei Gaietane dyocesis - Reuerendi in xpisto Patris et dominj dominj Benedicti dei et Apostolice Sedis gratia Salernitani Archiepiscopi - in spiritualibus Vicario generali. Constitutus Riccardus Marchisius de Salerno - Vir Marielle Vxoris sue - ac eius procurator ad subscripta legitime ordinatus - prout plene constat per publicum Instrumentum -*

Vere Patronae Ecclesie Sancte Marie ad Mare de loco lugubrie forie Salerni - ac existentis in possessione uel quasi Juris Patronatus ipsius Ecclesie - et Juris presentandi Rectorem et Capellanum ad ipsam Ecclesiam cum ipsam Vacare contingerit - procuratorio nomine - et pro parte supra presentat Vobis - et Vestre Curie Infra legitima et Canonica tempora - in Rectorem et pro Rectore - seu Capellanum eiusdem Ecclesie discretum Virum - Presbiterum Jacobum Multubene de Salerno ydoneum - aptum - atque legitimum ad Rectoriam - et Capellaniam ipsius Ecclesie legitime et canonice obtinendum. Vacantem ad presens per obitum dompni Jacobi curilli - olim ipsius Ecclesie Presbiteri et Capellanj - Petens quo supra nomine - eundem dompnum Jacobum - ad dictam suam presentationem per Vos et Vestram Curiam in Rectorem et Capellanum dicte Ecclesie Institui - ipsumque de ipsa Ecclesia de qua Inuestiatur faciatis possessione ipsius Ecclesie pleno Jure gaudere sibi que commictatis curam et administrationem spiritualium - et temporalium Ecclesie prelibate - Vestrum super hoc officium implorando secundum Jura - saluo Jure contra Predicta petit predictus procurator quo supra nomine - omni Via et modo - et Juris forma quibus melius - et aptius petere potest et debet - ac petit per Vos in dicta causa procedi Summarie et de plano - sine strepitu et figura Judicij - secundum quod Jura nouissima Volunt. Qua petitione oblata - ex aduerso comparuit Notarius Nicolaus Triminus de Salerno procurator dicti domini Archiepiscopi et sue Curie - et expresse negauit eandem Mariellam esse Patronam ipsius Ecclesie Sancte Marie et esse in possessione Juris Patronatus ipsius Immo asseruit ipsam Ecclesiam esse liberam et exemptam ab omni Jure Patronatus et quolibet onere seruitutis - et ad collationem predicti domini Archiepiscopi successorumque suorum de Jure comuni libere pertinere. Nos Volentes de Jure Patronatus ipsius Marielle - si quod habere asserit certificari ad plenum - dicto Riccardo quo supra nomine - ad producendum omnia Jura privilegia cautelas et munimenta si quas - et si qua se habere dicebat de

Jure Patronatus et possessione presentandi Rectorem in ipsa - quod in dicta se Ecclesia assererat obtinere. Nec non et ad ponendum et probandum quicquid ponere et probare Vellet et ei competebat in causa predicta certum terminum duximus statuendum. Deinde predictus Riccardus procurator predictus in causa ipsa substituit apud Acta nostre Curie - et iuxta ritum ipsius procuratores suos Notarium Robertum Bellum et Notarium Bartutium Castellometam de Salerno ibidem presentes et quemlibet ipsorum in solidum. Et similiter iuxta eundem ritum dictus dompnus Jacobus presentatus - post consensum per eum prestitum in solidum predictos Notarios Robertum et Barthutium procuratores suos in eadem causa constituit. Et infra predictum terminum - Idem Riccardus procurator predictus exhibuit coram nobis in Judicio et apud Acta predicta quo supra nomine quoddam privilegium bone memorie domini Cesarij quondam Archiepiscopi Salernitanj - per quod nullum Jus Patronatus conceditur predecessoribus ipsius Marielle - nec etiam sibi - in Ecclesia prefata presentandi Rectorem - quod in eadem Ecclesia ipsa Mariella se habere dicebat. Nec nou et certos articulos obtulit - et super eis ad probandum contenta in ipsis certos testes produxit - quibus productis - Juratis in presentia . . . procuratoris dicti domini - et ipsius Curie - ipsisque per nos secreto et sigillatim ut Juris et moris est diligenter examinatis - et eorum dictis et attestacionibus per Johannem dictum de francia de Verulis Alme Urbis prefecti publicum Vbique auctoritate Notarium et nunc Actorem Curie prefati domini Archiepiscopi et nostre ad omnia Acta ipsius Curie conscribenda Notarium fideliter in scriptis redactis - ut Jura Volunt et mandant - de Voluntate procuratoris ipsarum partium - facta fuit per nos publicatio Attestationum earundem - et etiam omnium et singulorum actuatorum in causa eadem. Et sponte in causa ipsa predictus . . . procurator Curie renuntiauit et conclusit - et nos in causa eadem pro renuntiato habuimus et concluso presente predicto Notario Roberto procuratore substituto - ut supra et asserente se

ad hoc non fore citatum - et premissis ut asseruit minime consentiente. Qua renuntiatione ut premittitur facta - et conclusione secuta - dedimus peremptorium terminum predicto procuratori ipsius Marielle in Judicio presenti et non consentienti et predicto , . procuratori Curie presenti similiter audienti et consentienti - ad hodiernum diem in hora super dicta causa ad sententiam audiendam. Nos uero qui supra Vicarius - Visis - discussis examinatis - et diligenter inspectis per nos omnibus et singulis actitatis in causa predicta ipsisque plenius recensitis habitoque super premissis omnibus et singulis consilio quam plurimum peritorum - et deliberatione nobiscum prehabita diligenti - xpisti nomine inuocato - et facto nobis signo Venerabilis sancte crucis - In nomine Patris et filij et spiritus sancti Amen. Quia per ea que Vidimus et diligenter inspeximus - ac nostrum animum informarunt comperimus dictam Mariellam et procuratorem ipsius eius nomine absentem - Vocatum in Judicio - et non comparentem - suam Intentionem - tam super Jure Patronatus - quam super possessione seu quasi presentandi Rectorem ad eandem Ecclesiam minime fundauisse - nec etiam illos a quibus eadem Mariella causam habuit - sed de Jure comuni eandem Ecclesiam - in dyocesi Salernitana sitam ad dispositionem - et collationem predicti dominj Archiepiscopi suorumque successorum libere pertinere. Ideo procuratore ipsius Curie ibidem presente ipsam Mariellam eiusque procuratorem suo nomine pronuntiamus et declaramus in prefata Ecclesia nullum Jus Patronatus - nec possessionem presentandi Rectorem ad eam - nec etiam illi a quibus causam ipsam asserit se habere immo eandem Ecclesiam liberam esse censemus et exemtam ab omni Jure Patronatus - et cuiuslibet alterius oneris seruitutis - et ad collationem ipsius dominj Archiepiscopi - eiusque successorum decernimus cum omnibus Juribus possessionibus et pertinentijs suis libere pertinere dicteque Marielle suoque procuratori pro ea super eadem Ecclesia perpetuum silentium imponentes. Hanc nostram diffinitiuam sententiam in hijs scriptis proferentes - Lecta - lata -

feritata - et pronuntiata est hec nostra sententia per nos qui supra Vicarium Salerni in Archiepiscopali Salernitano Palatio pro tribunali sedentem die sextodecimo Mensis Aprelis None Indictionis sub Anno dominij Millesimo Trecentesimo Quatragesimo primo - Pontificatus Sanctissimj in xpo Patris et dominij - dominij Benedicti diuina prouidentia Pape duodecimj Anno septimo - in contumaciam predicti Riccardi procuratoris ut supra - presente Notario Nicolao trimino predicto procuratore Curie ut supra et hanc sententiam per Nos ferri cum instantia postulante presentibus etiam Nobilibus et discretis Viris - Abbate Thomasio Veterensi Primicerio - Abbate Johanne de Por'ta dyacono et Cardinali et Dompno Jacobo de habundantia Canonicis Salernitanis - Dompno Palermo Russo de Salerno - et pluribus aliis de Salerno et aliunde testibus ad premissa Vocatis et rogatis. Vnde ad futuram memoriam - certitudinem tam presentium quam etiam futurorum - et predicti dominij Archiepiscopi - successorumque suorum - et predicte Salernitane Ecclesie - ac omnium quorum - uel cuius Interest - et Interesse poterit in futurum cautelam presens scriptum diffinitive sententie publicum - exinde fieri fecimus per manus Johannis dicti de francia de Verulis Notarij ut supra signo eius solito signatum - Sigillo Pendenti Vicarie Curie prefati dominij Archiepiscopi quo ad presens ipsa Curia Vtitur - et nostra propria Subscriptione Munitum - ac etiam roboratum.

spedito un suo inviato a Giovanni Paleologo imperatore dell'oriente, ma ci è pur noto che desso fu Pietro Tommaso religioso carmelitano e vescovo di Patti in Sicilia. Di altra consimile pontificia commissione in cui abbia figurato il nostro Bertrando io non trovo menzione presso gli storici. Checchè sia da dirsene, quel che importa maggiormente si è di conoscere le sue operazioni nella qualità di arcivescovo di Salerno: ed ecco quanto costa da' documenti.

LETTERA SOVRANA DI LUDOVICO E GIOVANNA I.<sup>a</sup>, CON CUI SI ORDINA AL GIUSTIZIERE ED A' SUOI VICARÌ ED ALTRI UFFICIALI DI PROTEGGERE L' ARCIVESCOVO NELL' ESERCIZIO DEL DIRITTO SU DI S. MARIA DELLA ROTONDA.

LXVII. Si è di sopra allegata la sovrana determinazione di Giovanna I.<sup>a</sup>, relativa alla chiesa di s. Maria della Rotonda di Nocera, che riconosceva e dichiarava esclusivamente soggetta alla giurisdizione de' nostri arcivescovi. Ma poichè già se ne trovava in possesso un tale abbate Niccolò di Catania, duro sembrandogli doversene immantinente e senza replica privare e dimettere, si mostrò pucchè mai deciso a sostenervisi, adducendo in appoggio e difesa della sua condotta le lettere regie colle quali asseriva di averne ottenuta la collazione. A rimuovere un tal impreveduto ostacolo all' esercizio pieno e libero del ricuperato suo diritto, credette Bertrando indispensabile l' avvanzar nuovo ricorso dirigendolo sì alla regina che al suo marito Ludovico già da lei associato al governo del regno. Un di loro sovrano ordinamento col quale si confermava la disposizione precedente dell' anno 1347 e commettevasi al giustiziere della provincia ed a' subalterni di lui di abbattere l' insolenza del predetto Niccolò o di chiunque altro agisse in nome di esso, con espellerlo dall' indebita occupazione della chiesa ed impedirgli l' amministrazione delle sue rendite e proventi ne fu la conseguenza: ed ecco i termini onde fu enunciato ed espresso — « Ludouicus et Johanna

dei gratia Rex et Regina Jerusalem et Sicilie Ducatus - Apulie - et Principatus Capue Prouincie - et forcalquerij - ac Pedimontis Comites. Uniuersis presentes licteras Inspecturis tam presentibus - quam futuris. Si cunctis tenemur nostris subditis ad reddendum Justicie debitum - fatemur nos magis obnoxios personis Ecclesiasticis - et Venerandis Ecclesijs - que domus diuine existunt - et inde deo impenditur per nos debitus famulatus. Sane Venerabilis Pater. B. Salernitanus Archiepiscopus - Consiliarius - et deuotus orator noster - Maiestati nostre reuerenter exposuit - quod ipse - et Predecessores sui - habent ad eorum Mensam spectantem - a Temporibus antiquissimis - in Terra nucerie - de Prouincia Principatus citra - quandam Ecclesiam Vocatam - Sancta Maria - Rotunda - alias dicta Sancta Maria Maior - quam per subreptionem - et tanquam ad Jus patronatus nostrum spectaret - Abbas Nicolaus de Catania - dicitur probatas nostras licteras obtinuisse - quarum Vigore Archiepiscopum memoratum - in possessione seu quasi dicte Ecclesie - et eius Jurium - turbat indebite - et minus iuste molestat contra tenorem cuiusdam declaracionis facte per Nos Reginam - dum sola Regni administracionem gereremus. Super quo nostre prouisionis Remedio postulato pro parte Archiepiscopi memorati - supplicacionem inde oblatam Maiestati nostre pro eiusdem parte super predictis examinandam commisimus - et secundum Justiciam terminandam - Matheo de Porta - de Salerno et Sergio domini Vrsonis de neapoli militi - Viceprqthonotario dicti Regni Juris ciuilis Professoribus - magne nostre Curie Magistris Rationalibus - dilectis Consiliarijs - et familiaribus nostris - coram quibus nonnulla Papalia Priuilegia - et lictera Vna - magno pendentis sigillo nostri Regni sigillata - producta fuerunt - que quidem lictera erat Tenoris et continencie subsequenter. Johanna dei gratia Regina Jerusalem - et Sicilie - Ducatus Apulie - et Principatus Capue - Prouincie - et forcalquerij - ac Pedimontis Comitissa. Vniuersis presentes licteras inspecturis tam presentibus quam futuris » continua come si è letto di sopra pag. 266 , e conchiude nel



modo che segue: « Quibus omnibus in examlne recte rationis adductis - et de eisdem pleniori consciencia nobis facta - Advertentes - quam Clara et notoria est Justicia - dicte Salernitane Ecclesie supra Ecclesia memorata - duximus - predictas licteras expensius confirmantes - auctoritate presencium decernendum - dietam Ecclesiam sancte Marie - cum Juribus Rationibus Ecclesijs et pertinentijs earum omnibus - ad eam quomodo spectantibus - fore - esse - et esse debere - ipsius Maioris Salernitane Ecclesie - seu Presulis memorati - et successorum suorum. Dantes propterea harum serie expressius in mandatis - Justitiario Principatus citra. Vicarijs - seu Vicario - et alijs officialibus - dicte Terre nucerie - presentibus et futuris - qualiter - ad requisicionem dieti Archiepiscopi seu eius Vicarij - Reiecto dicto Abbate Nicolao illicito detentore - aut alio - uel alijs pro eius parte inibi existentibus - seu Jura - possessiones et Redditus ipsius Ecclesie sancte Marie - usurpantibus quouomodo - per eundem Archiepiscopum - seu alios eius nomine - in possessione ipsius Ecclesie Sancte Marie Jurium et pertinentiarum eiusdem presencium auctoritate reducant - ipsunque reductum - oportunis - presidijs - in eadem Ecclesia sancte Marie manuteneant et defendant dicto Abbati Nicolao - Silencium proinde perpetuum imponentes. Presentibus semper remanentibus presentanti - suis Viribus Valituris. Datum Neapoli per eundem sergium dominj Vrsonis de Neapolj militem Jurisciuiilis Professorem - Magne nostre Curie Magistrum Rationalem - Viceprothonotarium Regni Sicilie - Anno domini Millesimo Trecentesimo - Quinquagesimoquarto - die Vicesimoquinto - Augusti Septime Indicionis - Regnorum nostri Regis Anno Septimo nostre uero Regine Anno duodecimo » (a).

---

(a) Arc. III, num. 257 — Non posso qui dispensarmi dal mettere sotto gli occhi del lettore l'ampio diploma emanato in questi tempi da' medesimi regali coniugi, a favore di un cospicuo ed illustre cittadino di Salerno, quale si fu appunto Matteo della Porta, e toccante tra le altre cose una concessione di considerabilissimi diritti per il

ULTIMA E FINALE DECISIONE DELLA CONTROVERSIA  
RELATIVAMENTE A S. MARIA DELLA ROTONDA.

LXVIII. Qual condotta serbò Niccolò di Catania dopo i due forti colpi della politica autorità che l'obbligavano a privarsi del beneficio illegittimamente occupato? Lungi dal mostrarsi

tempo della fiera di questa città. La sua importanza per queste memorie si manifesterà in appresso, quando dovrò parlare delle controversie mosse dagli arcivescovi unitamente a' rappresentanti della città contro le due famiglie Cioffi e Pinto, alle quali in fine fu trasferita l'eredità di esso Matteo dopo la estinzione della nobilissima sua famiglia: ed essendo stato reso di ragion pubblica in un volume stampato in Napoli nel 1608, in contingenza delle controversie accennate, dallo stesso lo trascriverò per farne oggetto di questa nota — « Ludovicus, et Joanna Dei gratia Rex, et Regina Jerusalem et Siciliae Ducatus Apuliae, et Principatus Capuae, Prouinciae, et fortqualquerij, ac Pedimontis Comitatus, vniuersis praesentis Priuilegij seriem inspecturis, tam praesentibus, quam futuris beneficia, seu gratias, et honores merentibus tribui, naturalis ratio exigit, et aequitas humana exposcit. Et eis quippe collatis reuocet elementia Principis, et beneuolentia, ac deuotio inducitur, erga Dominos subiectorum, dum caeteri ad obsequendum promptius claro animantur exemplo; Sane attendentes, et in nostrae mentis acie diligentius reuoluentes, grata, grandia, et accepta seruitia, nobis tandiu praestita per nobilem virum Matthaicum de Porta de Salerno, militem Juris Ciuilibus Professorem, Magnae nostrae Curiae Magistrum Rationalem, Collateralem Consiliarium, et fidelem nostrum dilectum; in magnis, et arduis, tam infra Regnum nostrum, quam extra Regnum ipsum; Nos Regina, dum sola Regni administrationem gereremus, sibi, et suis liberis, ex suo corpore descendentibus, tam circa exemptionem collectarum, quam circa concessionem certi Juris, in certa parte maritimae Ciuitatis nostrae Salerni, nostras concessimus literas, de mera nostra scientia, et gratia emanentes, tenoris, et continentiae subsequentis.

Joanna Dei Gratia Jerusalem, et Siciliae Regina. Vniuersis, praesentes literas inspecturis, tam praesentibus, quam futuris, Benemerentes Seruitores, qui in arduis, et grandibus nostris claruerunt, et clarent seruitijs, quorum solertia nostra Republica euidenter recipit

arrendevole e riconoscere l'ingiustizia della sua causa, si lusingò di poterla con miglior successo sostenere presso la santa

incrementa, libenter gratijs praeuenimus, et dum nobis facultas suppetit, illos prono animo beneficia gratantius exhibemus; sane attendentes grata, grandia, et accepta seruitia viri nobilis Matthaei de Porta Militis Juris Ciuilis Professoris, Magnae nostrae Curiae Magistri Rationalis, et Locumtenentis, Prothonotarij Regni nostri Siciliae, quae cum in diuersa, et arduis occurrentibus negotijs praestitit, quae praestat ad praesens, et speramus ipsum in autea praestiturum; nec non reuoluentes in aciem nostrae mentis seruitia per eum praestita, Diuae Memoriae Domino Roberto Jerus. et Siciliae Regi III. Reuerendo Domino Auo nostro, tam infra Regnum Siciliae, quam extra Regnum, in aliqualem recognitionem, et remunerationem seruitiorum eorundem, eidem, et suis liberis, et eorum cuilibet natis, et in antea nascituris, ex suo corpore legitime descendentibus, concedimus tenore praesentium, de certa nostra scientia, et gratia speciali, vt tam ipsi, quam omnis eorum posteritas, ex suo corpore, vt profertur progrediens in futurum sicut immunes, a praestatione quarumcumque collectarum, et fiscalium functionum, siue sint personales, siue mixtae, siue reales, quae debentur ab eis, pro bonis quae habent, seu habebunt in dicta Ciuitate Salerni, et Territorij, et districtu, et Castris etiam Montis Corbini, et Olibani, de iustitia Principatus citra Serras Montorij; Sic quod ad collectas ipsas, seu fiscalia munerera, etiam extraordinaria, vel ex alijs varijs causis, et occurrentibus casibus extra ordinem imponenda, per Curiam nostram, seu officiales nostros, quacumque denominatione notentur, aut Vniuersitates, Syndicos, Collectores, seu taxatores locorum eorundem, seu aliam quamcumque personam, super collectis eisdem potestatem, seu Jus habentem, perpetuo sint exempti liberi, et ex toto immunes, nec ad praedictas collectas, ordinarias, vel extraordinarias soluendas modo aliquo conueniri possint, exigi, seu compelli, pro personis, et rebus eorum existentibus in locis eisdem, cum prouida ratione satis sit dignum, et aequitati consonum, vt qui sic vtiliter, et fructuose nobis nostraeque Reipublicae seruit, animo indefesso, a nobis pro se, suisque posteris recipiat in functionibus publicis, praerogatiuas, et beneficia immunitatis, quibus singulariter veniant praemiandi. Et ne nostra gratia concessa praesentibus Matthaeo praefato suisque liberis, vt praefertur posset alijs apparere dispendia illatura, volumus, et

sede. E ben gli riuscì da prima di piegare a suo favore il giudice cui fu dal papa delegato l'affare, il vescovo di Nola,

declaramus, earundem praesentium serie, quod annis singulis, quibus dicta collecta, seu praefatae functiones fiscales, in praedicta Ciuitate, vel Castris imponuntur, seu per quamcumque personam, uel causam veniant imponendae, ac exigendae, singulis ipsis, vicibus, relaxentur, et remittantur; seu autoritate praesentium remissae intelligantur, propter praesentem nostram gratiam ipsi Matthaeo, et suae posteritati dignae facta, dictae Vniuersitati Salerni vnciae duae, et dimidia, et vniuersitatibus, seu hominibus praedictorum Castrorum tarenì quindecim, quas vncias, et tarenos eidem perpetuo dimittimus, ipsosq; immunes esse volumus, exemptos, et de caetero quietatos; Sic quod de summa collectae ipsius, seu earundem functionum, quae nostrae Curiae, seu alij de nostro beneplacito solui debent fortassis dimiuantur, et eisdem Vniuersitatibus, et hominibus acceptentur, perinde ac si realiter exoluissent: Ita quod in omnem euentum, et omnem modum, et casum, tam ipse Matthaeus, quam dicti sui liberi ad aliquid exoluendum pro collectis praedictis ordinarijs, et extraordinarijs nullatenus teneantur, sed poenitus, ex toto immunes existant; Similiter concedimus eidem Matthaeo dictisque suis liberis de eadem certa nostra scientia, et gratia speciali, suis grandibus exigentibus meritis, quod in maritima, seu plagia eiusdem nostrae Ciuitatis Salerni, quae incipit a turri, quae dicitur lu russu, et protenditur vsque ad caput hortus Sancti Petri de Camarellis, vbi est via publica; per quam viam itur ad dictam Ciuitatem, reuoluendo versus Occidentem; quod habeat usum, seu commoditatem soli, usque ad aquam maris, tempore nundinarum, seu fori maioris, quae fiunt de mense Septembris in Ciuitate praedicta, sic quod liceat dicto tempore nundinarum tantum, eidem Matthaeo, dictisque suis liberis, seu posteris solummodo, et nulli alij personae, logias, pergulas, apothecas, ordinare, facere, seu fieri facere; et construere, seu constructas eisdem diebus tantum tenere, in quibus, tam mercatores, quam tabernarij, et alij artifices morari consueuerunt, ementes, et vendentes adinuicem, res eorum, et alia mercimonia. Pro quibus quidem pergulis, tabernis, et apothecis dictis diebus ibidem tenendis per eos, seu pro eorum locrio, cum dicto Matthaeo, suisque haeredibus, seu procuratoribus eorundem conueniant, pro pretio competenti quo melius poterunt adinuicem conuenire. Ita quod nulli alij in dicto loco praedi-

da cui ottenne una sentenza conforme alle sue pretensioni: ma fu breve il trionfo, imperocchè la diligenza ch'ebbe l'ar-

clas pergulas, et tabernas, seu apothecas, liceat habere sine consensu locatione, et permissione praedicti Matthaei, et haeredibus suorum praedictorum, vel procuratorum eorundem, inde ab eis habentium potestatem. Si quis autem ausu temerario contra praedicta facere, vel venire praesumpserit, ipso facto poenam decem vnciarum incurrat, pro medietate ipsi nostrae Curiae, et reliqua medietate ipsi Matthaeo, suisque haeredibus praedictis singulis vicibus applicanda, legibus constitutionibus, Capitulis, et Statutis, tam communibus, quam Regni nostri Siciliae, praesentibus in aliquo derogantibus minime valituris, cum ipsas in quantum derogant fortassis eisdem effectum, viribus, et efficacia, autoritate praesentium vacuemus de plenitudine Maiestatis Regiae, et Dominicae potestatis; praedictis obsistere nolumus, quod subscriptae per manus Prothonotarij, et sigillatae pendent Maiestatis nostrae sigillo non sint; Cum velimus ipsas praesentes nostras literas, eandem vim robur, et efficaciam habere perpetuo, ac si essent praedictis solemnitatibus roboratae, et sigillatae sigillo praefato, ex eo, quod ipsas de eadem certa nostra scientia secreto nostro anulo, quem nobiscum ferimus mandauimus, et feceramus sigillari. Et nihilominus damus in mandatis Prothonotario Regni nostri Siciliae, seu Viceprothonotario, qui erit pro tempore, quod ad requisitionem eiusdem Matthaei faciant sub data consueta, et debita Patentia Priuilegia, et alias executorias, cum debitis clausulis iuxta tenorem praesentium literas oportunas: Datum Neapoli sub anulo nostro secreto die sexto Augusti, quintaedecimae indict. Verum supplicavit culmini nostro Matthaeus ipsae deuote, vt nos ambo, qui feliciter Regni gubernaculis praesidemus, et eidem Regni Rempublicam, et administrationem vna simul gerimus singula ministrantes communiter praedictam gratiam, ac praefatas literas, prout superius describuntur ad maioris eius, et suae posteritatis cautelae praesidium confirmare, et validius roborare, de certa nostra scientia dignaremur; Nos igitur cognoscentes, et meditantes attentius seruitia praedicta accepta, et grandia Matthaei eidem praestita per ipsum Nobis, et Diuae Memoriae Domino Regi Roberto nostri Regis Patruo, et nostrae Reginae Auo Jerusal. et Siciliae Regi Illustri, ex quibus profecto ijs, et maioribus gratijs, et honoribus, apud nos dignus extitit, et praesertim propter illa sua grandia nobis praestita seruitia, tam circa coronationem nostram ob-

civescovo di appellarsene dalla decisione del delegato a quella del committente fe' sì, che destinato altro giudice meno fa-

tentam per eum in Romana Curia, et delationem ipsius felicitis nostrae Coronae in Regno, quam circa pacem publicam generalem Regni ipsius, per eius ministerium, et solertiam tractatam, et habitam apud Sedem Apostolicam, ex qua ab Ungarorum, et aliarum diuersarum ferocium nationum Diuina gratia fauente Regnum ipsum nostrum a diuersis angustijs, et praecessuris extitit liberatum, praedictae suae petitioni, tam gratantius, quam beneuole de certa nostra scientia delectabiliter duximus annueudum, confirmantes auctoritate praesentium: nos ambo simul ad maioris cautele suffragium praedictas gratias in subscriptis literis contentas, ac literas ipsas, prout superius de verbo, ad verbum describuntur, ut de caetero absque cuiusuis contradictionis obiectu, et remoto omni obstaculo dictus Matthaueus, eiusque posteritas, siue liberi, praedictis praerogatiuis, beneficijs, atq; gratijs libere potiantur, et gaudeant, nec possint per officiales nostros, quocunque nomine censeantur, aut per quasuis alias personas super praedictis impediri, turbari, aut modo aliquo molestari, tanquam suffulti nostro Privilegio principali, in cuius nostri testimonium, praesens Privilegium supplicatum fieri, pendentibus maiestatis nostrae sigillis iussimus communiri.

Datum Neapoli per manus Joannis Domini Vronis de Neapoli militis Juris Ciuilis Professoris Magne Curiae nostrae Magistri Rationalis, Viceprothonotarii Regni Siciliae, Anno Domini Millesimo quingentesimo quinquagesimo tertio, die vltimo Maij, sextae indictionis, Regnorum nostri Regis Anno quinto, nostri vero Regni vndecimo ».

REGISTRATUM

A compiuta conoscenza delle notizie che ho potuto raccogliere intorno a questo illustre Salernitano ed alla sua famiglia riferirò, che il primo stipite della stessa e da cui egli discese per linea retta fu un Adalferio di sangue longobardo, dal quale fino al predetto Matteo scorsero successivamente otto generazioni, del conte Aliberto, di Pietro, di Sergio milite, di Matteo Eufranone, del di costui figlio chiamato pure Eufranone milite e vicerè di Sicilia a' tempi di Federico II, di Tommaso milite e consigliere del re Carlo ( f. secondo ), di Matteo milite ed in fine di Tommaso anche milite che fu il padre del nobile individuo tanto gratificato dal re Ludovico e dalla regina Giovanna. Tuttociò dal più volte allegato ms. Pinto, poggiando sulla testimo-

cile a cedere a' desideri di chi litiga per genio e capriccio di stancare la parte avversa, dal medesimo fosse egli dichiarato usurpatore del beneficio e condannato a rilasciarlo e rimetterlo nelle mani di Bertrando nella condizione medesima in cui trovavasi antecedentemente a questo nuovo litigio da

—  
 pianza del quale dirò altresì, che il conte Aliberto non fu il solo figlio di Adalferio ma che ebbe un fratello di nome Guaiferio, di più che anteriormente al privilegio di Ludovico e Giovanna ne aveva Matteo conseguito un altro non meno insigne dal re Roberto donandogli i casali di Filetto, di Parano e Longa, di Sancipriano, di Aquara, di Castiglione con Anzara e Calicari, di Piedimonte co' Rustini e di quello della Chiusa, privilegio che poi confermato gli venne dagl' indicati coniugi sovrani nell'anno 1358, inoltre che la sua famiglia era in possesso del padronato sulla chiesa di s. Marco di questa città per effetto di concessione del principe Gisulfo a' due figli di Adalferio, il qual padronato nel dì 15 di aprile dell'anno 1594 fu da Francescantonio della Porta trasferito a Francesco anche della Porta suo consanguineo, a condizione che in mancanza di eredi di sesso maschile passar dovesse a' religiosi di s. Maria della Porta coll'obbligo di nominare un nobile del seggio di Portarotese alla qualità di beneficiario e rettore di essa chiesa.

E qui occorre far riflettere che il menzionato Francescantonio doveva appartenere senza dubbio all'altro ramo di questa magnatizia famiglia, derivante da Guaiferio, dappoichè la discendenza del conte Aliberto finì con Zanzella, unica figlia del famoso Matteo oggetto dei singolari favori di Giovanna e suo marito, che divenuta consorte di uno de' signori d'Aiello a quest' antichissima famiglia normanna trasmise l'eredità del padre, essendo col succeder degli anni passata finalmente a' nobili Cioffi e Pinto come si farà conoscere a suo luogo — A quale poi de' suddetti due rami appartenesse il celebre arcivescovo di cui si è diffusamente ragionato di sopra ( p. 5 e seg. ) non ho indizi per deciderlo: e volendo por termine alla omai lunga nota parlerò ora dell'insegna gentilizia. Dessa adunque presentava una porta spalancata sormontata da un fregio in forma di tre montetti congiunti fra loro, da ognuno de' quali sporgeva una linea che finiva con un piccolo globo. Il campo era azzurro e tutto il dippiù di color d'oro; ed osservavasi nel frontispizio di s. Maria della Porta e nella casa contigua alla chiesa di s. Marco.

lui intrapreso. Ed avendo il pontefice approvata e confermata una tal decisione, ne commise l'esecuzione al vescovo di Lettere unitamente all'abate di s. Benedetto di questa città ed al decano della chiesa di Amalfi, investendoli di facoltà di sottoporre i contraddittori alle censure ecclesiastiche, con dichiarare di niun valore ogni loro appello. La lettera pontificia fu la seguente — « Innocentius episcopus servus servorum dei Venerabili fratri - Episcopo Litterensi et dilectis filiis. . . Abbati Monasterij sancti Benedicti Salernitani ac. . . Decano ecclesie Amalfitane Salutem et apostolicam benedictionem. Petitio Venerabilis fratris nostri Bertrandi Archiepiscopi Salernitani nobis exhibita continebat quod licet ecclesia sancte Marie Rotunde alias dicte Maioris de Nuceria christianorum Salernitane diocesis ad ipsum Archiepiscopum et eius mensam Archiepiscopalem Salernitanam pleno iure in spiritualibus et temporalibus pertineret et tam ipse Bertrandus quam predecessores sui Archiepiscopi Salernitani qui fuerunt pro tempore a tempore cuius contrarij memoria non existit ecclesiam possedissent et ipse Bertrandus etiam possideret eandem tamen olim Nicolaus de Catania qui pro clerico Neapolitano se gerit asserens se olim apud sedem apostolicam constitutum nostras ad Venerabilem fratrem nostrum Episcopum Nolanum sub ea forma litteras impetrasse ut quicquid idem Episcopus inueniret in ipsius Nicolai preiudicium temere attemptatum postquam ipse Nicolaus causa peregrinationis et pro quibusdam suis negotijs promouendis iter arripuerat ad sedem ueniendi predictam in statum debitum legitime reuocare curaret - Contradictores per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendo - et falso pretendens quod ipsa ecclesia ad dictum Nicolaum de iure spectabat eamque ante arreptum iter predictum possederat et tunc etiam possidebat - et quod prefatus Archiepiscopus ipsum predicta ecclesia contra iustitiam spoliarat prefatum Archiepiscopum petendo se ad illam restitui coram eodem Episcopo auctoritate dictarum litterarum traxit in causam idemque Episcopus perperam in causa ipsa procedens diffinitiuam contra



ipsum Archiepiscopum sententiam promulgauerit iniquam a qua pro parte ipsius Archiepiscopi fuerit ad sedem apostolicam appellatum. Nosque causam appellationis huiusmodi ad instantiam ipsius Archiepiscopi dilecto filio Magistro Symoni de sudbiria Cancellario ecclesie Saresburensis Capellano nostro et Auditori causarum Palatij apostolici - audiendam commisimus et sine debito terminandam. qui ad instantiam Magistri Francisci de Sabini de Teramo substituti per Thomasium Abbatem Monasterij sancti Nicolai de Contrano ordinis sancti Benedicti Caputaquensis diocesis procuratorem dicti Archiepiscopi prout idem Abbas a prefato Archiepiscopo in mandatis habebat - coram eo propterea in iudicio comparentis - premissis contra dictum Nicolaum debitis et consuetis citationibus in Audientia publica prout est moris - in ipsius Nicolai contumaciam de consilio et assensu Coauditorum suorum dicti Palatij quibus super hoc relationem fecit fidelem eodem substituto presente pronuntiauit dictam causam fore ad Romanam Curiam legitime deuolutam et in ea tractari et finiri debere - et ad ipsius francisci substituti instantiam prefatum Nicolaum ad dandum et recipiendum libellum necnon ad prestandum et ab altera parte prestari uidentum de calupnia et de ueritate dicenda in causa huiusmodi iuramentum accusauit et in eius contumaciam - quendam pro parte sua dedit libellum - et predictum in ipsius Auditoris presentia prestitit iuramentum in causa predicta. Postmodum uero postquam ad nonnullos alios actus inter dictum franciscum substitutum - et Magistrum Dominicum de fractis procuratorem dicti Nicolai coram eodem Auditore in iudicio comparentes fuerat in huiusmodi causa processum Magister Johannes de Prato procurator prefati Archiepiscopi ab eo de nouo constitutus coram eodem Auditore in iudicio comparens quendam libellum presente Dominico prefato habuit in quo proposuit quod prefatus Nicolaus post appellationem eandem in preiudicium alterius et Archiepiscopi predictorum temere atteptando pæfatam ecclesiam occuparat et delinebat occupatam indebite ac de facto - quare

petebat dictus procurator detentionem et occupationem predictas pronuntari decerni et declarari ex ipsius Auditoris officio fuisse et esse temerarias et attemptatas - et tamquam attemptata primitus et ante omnia reuocari et ipsum Archiepiscopum ad ecclesiam prefatam restitui in statu in quo erat et reintegrari plene et cum effectu. Subsequenter quoque per eundem Johannem de Prato presente dicto Dominico ad docendum de huiusmodi per eundem Nicolaum - attemptatis - producto quodam publico instrumento prefatus Auditor eidem Dominico ad dicendum quicquid dicere uellet contra instrumentum prefatum certum peremptorium competentem terminum assignauit. in quo prefato Johanne de Prato coram eodem Auditore in iudicio comparente - et prefati Dominici non comparentis contumaciam accusante - Prefatus Auditor ad instantiam dicti Johannis de Prato prefatum Dominicum ad audiendum pronuntiationem suam super attemptatis predictis - per quendam Cursorem nostrum citari fecit ad competentem peremptoriam certam diem. in qua dicto Johanne de Prato coram eodem Auditore in iudicio comparente et ipsius dominici non comparentis contumaciam accusante et in ipsius contumacia pronuntiationem huiusmodi fieri petente prelibatus Auditor reputans eundem Dominicum prout erat quo ad actum huiusmodi exigente iustitia contumacem - in eius contumaciam uisis et diligenter inspectis omnibus et singulis actis attitatis habitis exhibitis et productis in causa huiusmodi coram eo et ipsis cum diligentia recensitis et facta super hijs omnibus Coadiutoribus suis dicti Palatij relatione plenaria et fideli de ipsorum Coadiutorum consilio et assensu per suam interlocutionem pronuntiauit prefatas occupationem et detentionem post predictam appellationem factas per ipsum Nicolaum de dicta Ecclesia sancte Marie fuisse et esse temerarias et attemptatas - et ipsas tanquam attemptatas reuocauit - dictumque Nicolaum ab occupatione et detentione huiusmodi amouendum fore et amouit - ac dictum Archiepiscopum ad possessionem ipsius ecclesie restituendum fore in eo statu in quo erat tempore dicte

appellationis interposite ac reintegravit et restituit ad eandem prout in instrumento publico inde confecto dicti Auditoris Sigillo munito dicitur plenius contineri. Nos igitur predicti Archiepiscopi supplicationibus inclinati que super premissis attemptatis ab Audilore prouide acta sunt rata habentes et grata discretioni uestre per apostolica scripta mandamus quatinus uos uel duo aut Vnus uestrum per uos uel alium seu alios illa executioni debite demandantes eundem Archiepiscopum uel procuratorem suum eius nomine ad corporalem possessionem predictae ecclesie sancte Marie ac iurium et pertinentiarum ipsius - amoto exinde predicto Nicolao - auctoritate nostra restituatis et reintegretis ac reslitutum et reintegratum iuxta iuris exigentiam defendatis facientes sibi de ipsius ecclesie fructibus redditibus prouentibus iuribus ac subuentionibus uniuersis integre responderi. Contradictores per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendo. Datum Auinione X Kalendas Julij Anno octauo » (a).

#### GUGLIELMO III.

LXIX. L'anno 1364 si fu l'ultimo del governo arcivescove di Bertrando sulla Chiesa salernitana, che lasciò per essere stato trasferito a quella di Ambrun nel Delfinato. Guglielmo di patria nepoletano ed appartenente alla illustre famiglia de' Sanseverini fu quello che il surrogò. Trovavasi egli all'epoca del suo innalzamento proposto della chiesa di Aix nella Provenza, e fu Urbano V successore immediato di Innocenzo VI che nel dì primo di febbraio dell'anno suddetto (b) coll'assenso de' cardinali radunati in concistoro lo scel-

(a) Arc. III, num. 259.

(b) Questa notizia del giorno preciso nel quale venne Guglielmo nominato e promosso, come pure l'altra antecedente e che indica distintamente l'anno del trasferimento del suo antecessore alla chiesa di Ambrun le somministra l'Ughelli, senza che dalla bolla che di qui a poco alleggeremo nulla di ta' particolarità possa ricavarci.

se e destinò a coprire la vacante sede: ed ecco le parole della bolla che non molti giorni dopo diresse al clero e popolo di Salerno per notificar loro questo atto di sua pontificale autorità e determinarli a rispettarlo e sottomettersi — « Urbanus episcopus seruus seruorum dei Dilectis filijs Clero Ciuitatis et diocesis Salernitane Salutem et apostolicam benedictionem. Romani pontificis quem pastor ille celestis et Episcopus animarum potestatis sibi plenitudine tradita ecclesijs pretulit uniuersis plena uigilijs sollicitudo requirit, ut ipse circa statum cuiuslibet ecclesie sic inuigilanter excogitet sicque prospiciat diligenter quod per eius prouidenciam circumspectam ecclesijs singulis pastor accedat ydoneus et Rector prouidus deputetur per quem ecclesie ipse superni fauoris auxilio suffragante uotiue prosperitatis successibus gratulentur. Dudum siquidem prouisiones omnium ecclesiarum Cathedralium tunc apud sedem apostolicam quomodocumque. . . uacantium et inantea uacaturarum apud eam ordinationi et dispositioni nostre reseruantes decreuimus extunc irritum et inane si secus super hijs per quoscumque quauis auctoritate scienter uel ignoranter contingeret attemptari - Et deinde ecclesia Salernitana ex eo apud sedem predictam uacante quod nos Venerabilem fratrem nostrum Bertrandum Episcopum tunc Archiepiscopum Salernitanum in Archiepiscopum Ebredunensem Electum apud sedem ipsam constitutum a uinculo quo ipsi ecclesie Salernitane cui tunc preerat tenebatur de fratrum nostrorum consilio et apostolice potestatis plenitudine absoluentes ipsum ad ecclesiam Ebredunensem tunc uacantem auctoritate apostolica duximus transferendum preficiendo eum ipsi ecclesie Ebredunensi in Archiepiscopum et pastorem Nos ad prouisionem ipsius Salernitane ecclesie celerem et felicem de qua nullus preter nos ea uice se intromittere potuerat neque poterat reseruacione et decreto obsistentibus supradictis, ne eadem ecclesia Salernitana longe uacationis exponeretur incommodis paternis et sollicitis studijs intendentes ac cupientes talem eidem ecclesie Salernitane preesse personam, que stare

posset et uellet eam preseruare a noxijs et aduersis ac in suis manuteneri iuribus et etiam adaugere - Post deliberacionem quam de preficiendo eidem ecclesie Salernitane personam utilem et eciam fructuosam cum nostris fratribus habuimus diligentem demum ad dilectum filium Guillermm Electum Salernitanum tunc Prepositum ecclesie Aquensis in Subdiaconatus ordine constitutum cui de litterarum scientia uite ac morum honestate spiritualium prouidencia et temporalium circumspectione et alijs multiplicium uirtutum meritis apud nos fidedigna testimonia perhibentur, duximus oculos nostre mentis, quibus omnibus debita meditacione pensatis de persona ipsius Guillermi Electi prefate ecclesie Salernitane de dictorum fratrum consilio auctoritate apostolica prouidimus ipsumque illi prefecimus in Archiepiscopum et pastorem curam et administracionem ipsius Salernitane ecclesie eidem Guillermo Electo in spiritualibus et temporalibus plenarie committendo firma spe fiduciaque conceptis quod dirigente domino actus suos prefata ecclesia Salernitana per ipsius Guillermi Electi industrie et circumspeccionis studium fructuosum regetur utiliter et prospere dirigetur grataque suscipiet in eisdem spiritualibus et temporalibus incrementa. Quocirca discrecioni uestre per apostolica scripta mandamus quatinus eidem Guillermo Electo tanquam patri et pastori animarum uestrarum humiliter intendentes et exhibentes ei obedienciam et reuerenciam debitam et deuotam eius salubria monita et mandata efficaciter adimplere curetis. Alioquin sentenciam quam idem Guillermus Electus rite tulerit in rebelles ratam habebimus et faciemus auctore domino usque ad satisfactionem condignam inuiolabiliter obseruari. Datum Auinione XVIII Kalendas Februarij Pontificatus nostri Anno Secundo ».

*R. de Valle*

Rinnovazione di alcune lettere patenti riguardanti in investitura di fondi della mensa, eseguita per suo consenso ed autorità.

LXX. Parlerò qui de' fatti appartenenti al governo arcivescovile del suddetto Guglielmo — Ne' primi mesi dell'anno medesimo della di lui assunzione al seggio metropolitico, piegando favorevole il viso ad una petizione direttagli da un Corrado d' Abinente, giudice dello stato di Olevano, per ottenere che si rinnovassero alcune lettere patenti del defunto suo antecessore Benedetto, onde si concedeva al supplicante e di lui posterì in perpetuo l'investitura di alcuni fondi della mensa coll'obbligo di un annua prestazione in segno di vassallaggio, ordinò che a tanto si adempisse, ed il documento è il seguente — « Guillielmus permissione diuina Archiepiscopus Salernitanus. Dilecto nobis in xpisto Judici Corrado de Abinente de Castro nostro olibanj Vassallo nostro salutem in domino sempiternam. Nuper quasdam litteras patentes quondam domini Benedicti Archiepiscopi Salernitanj predecessoris nostri eius uero pontificalj pendenti sigillo sigillatas et subscripcione sua munitas nobis presentasti non abolitas non abrasas nec in aliqua ipsarum parte suspectas Infrascripte per omnia seriej. Benedictus dei et Apostolice sedis gratia Salernitanus Archiepiscopus dilecto nobis in xpisto Corrado de Abinenti de Castro nostro olibanj familiari et vassallo nostro salutem in domino sempiternam. Nostris utilitatibus desudantes nostra dignum est remuneracione gaudere ut qui se voluntarios obsequiorum nostrorum necessitatibus sponte subiciunt digne nostris prouisionibus consolentur. Ea propter tua merita probitatis ac fidelis et obsequiosa deuocio merito nos Inducunt ut personam tuam fauore beneuolo prosequentes tibi reddamur ad gratiam liberales. Volentes igitur tibi gratiam facere specialem de nostra mera spontanea et gratuita voluntate damus tradimus et concedimus in feudum et Jure feudi tibi recipienti pro te tuisque filiis et nepotibus omnibus ex te et eis in perpetuum descendantibus masculis videlicet legitimis dum modo in nullam aliam personam extra-

neam transferatur Infrascripta bona et res videlicet. Terras duas positas in Terra olibanj ubi de casale Gayanj quarum una est iuxta finem Ecclesie sancti Laurencij de Amalfia iuxta finem rerum Blasij de Judice viam publicam et alios confines. alia terra est iuxta finem ipsius terre et iuxta finem rerum ipsius Blasij de Judice iuxta vias publicas a duabus partibus et alios confines Item Terram vnam cum cerceto ubi dicitur montelongo pertinenciarum olibanj iuxta finem rerum quondam petri de Vrso iuxta finem rerum Ecclesie sancti nicolai de arbinale iuxta finem rerum Rogerij de sancto Georgio et alios confines. Item Terram unam laboratoriam positam in pertinencijs Montis corbinj ubi dicitur alacornea iuxta finem ipsius fluminis cornee iuxta viam publicam iuxta finem rerum Ecclesie sancti Laucencij de Salerno et alios confines. Item Terram vnam ubi dicitur silittum sancti Laurencij de Montecorbino iuxta finem rerum domini francisci de Belardo iuxta finem rerum Johannucij de ancelotto de Montecorbino et alios confines Item Terram vnam ubi dicitur prefata Ecclesia sancti Laurencij de Montecorbino iuxta finem rerum ipsius Ecclesie iuxta finem rerum Ecclesie sancti Maffei de Castello montis corbini iuxta finem rerum Angeli greci de olibano et alios confines Item Terram vnam laboratoriam ubi dicitur alogaodelio iuxta viam publicam iuxta vallonem. . areas Montiscorbinj iuxta terram sancti Magnj et alios confines. Item Terram vnam laboratoriam sitam in tenimento eiusdem Terre Montiscorbinj ubi dicitur s<sup>rus</sup> laur<sup>ea</sup> iuxta viam publicam et alios confines Item Terram vnam positam in loco vbi de canneto iuxta finem rerum Episcopatus acernensis iuxta viam publicam et alios confines Item Terram vnam sitam in loco ubi de belliano Item Terram vnam positam in eodem loco iuxta suos fines Item Terram vnam laboratoriam et siluosam sitam in Territorio Tussiani Justa flumen quj similiter tussianum dicitur iuxta finem rerum Monasterij sancte Trinitatis de Caua iuxta finem rerum Ecclesie sancti petrij apostolj de ebulo iuxta viam publicam iuxta finem rerum Monasterij sancte

Trinitatis de Caua et alios confines Item Terram . . . montis corbinj preditti ubi proprie ad filictum et al. . . dicit iuxta fines Episcopi Caputaquensis iuxta fines. . archyepiscopatus Salernitanj iuxta fines sancti laurencij de Amalfia et alios confines Item Terram vnam sitam in loco u. . . . iuxta viam publicam iuxta fines ipsius Ecclesie et alios confines Item Terram vnam sitam in loco ubi de alimaperti iuxta fines quondam petri de ysabella iuxta viam publicam et alios confines Item Terram vnam sitam in loco ubi dicitur lomarmore iuxta vallonem. . dicitur lomarmore iuxta viam publicam Item Terram vnam sitam ubi de alagarella iuxta suos fines. Item Terram vnam in mortilleto sitam in eodem loco ubi dicitur alarenazzo et alafontana de sancto damiano iuxta suos fines Item terram vnam similiter in mortilleto sitam in loco ubi dicitur alafontana de sancto damiano iuxta suos fines Item Terram vnam laboratoriam sitam in pertinencijs polianj ubi de alafontana de laruano iuxta viam publicam iuxta fines Rerum quondam Mathei quj dictus fuit Ricam de Salerno iuxta vall. . et alios confines que olim in feudum a dicta nostra maiori Salernitana Ecclesia seu nobis tenuerunt et habuerunt quondam Corradus et Ricardus de finula de dicto nostro Castro olibanj germanj nostrique vassalli in feudum dari abhectenus consueta et ad manus nostras per mortem quondam. . aliquo eorum herede legitimo decedentium derelicto rationabiliter deuoluta ad habendum alienandum et possidendum et quotquod tibi saluo Jure fidelitatis et anno quolibet pro ipsis bonis et tui legitimi descendentes saluatis nobis nostrisque successoribus et partibus dicte maioris salernitane Ecclesie causa cognicionis subieccionis ac vassallagij de cera libras tres in festo transtacionis beati Mathei Apostoli et euangeliste patroni. . cum omnibus et singulis que Intra premissos continetur confines uel alios siquj forent accessibus quoque et egressibus omnique Jure accione usu seu requisicione tibi et eius uel pro eis aut ipsis bonis - rebus modo aliquo pertinentibus que bona et res nos tuo nomine constituimus possidere donec



ipsorum bonorum et rerum possessionem nactus fueris corporalem quam siquidem accipiendi tua auctoritate propria ac de inceptis retinendi tibi omnimodam licenciam concedimus atque damus recepto a te pro teque presente nobis sponte ad sancta dei euangelia Juramento corporaliter per te facta ex nunc et in perpetuum nobis nostrisque successoribus predictam ceram in predicto festo translacionis dare et soluere ac fidelem essem vassallum nosque et successores nostros Jura et honores nostros fideliter obseruare et manutenere et defendere iuxta posse et generaliter puram et veram fidelitatem nobis nostrisque successoribus obseruare. Inuestientes te de feudo rebus et bonis predictis per nostrum annulum et cum alijs sollempnitatibus obserualis in talibus oportunitis Ita tamen quod non liceat tibi uel eisdem filijs et nepotibus tuis ex et eis legitime ut premititur descendens predicta bona seu partem ipsorum vendere alienare nec in aliam transferre personam sine nostra speciali licencia et obtenta quod si tu seu predicti filij uel nepotes tui ex te et eis legitime descendentes. . presumseritis eo ipso cadatis ab omni Jure si quod in eisdem bonis haberetis et bona ipsa ad Jus dominium et proprietatem nostram successorum nostrorum et ditte nostre Ecclesie libere reuertantur. In quorum omnium testimonium et cautelam has presentes litteras tibi exinde fieri mandauimus et fecimus nostris sigillo pontificali pendenti et subscripcione munitas. Datum Salernj in Camera nostri Archiepiscopalis Salernitanj palacij die octauodecimo mensis Madij none Indicionis sub Anno domini Millesimo Trecentesimo quatragesimo primo pontificatus sanctissimi in xpo patris et dominj domini Beneditti diuina prouidencia pape duodecimi Anno septimo. Nos Benedittus qui supra Archiepiscopus predicta fate-mur. Quibus quidem patentibus litteris nobis per te ostensis ac visis et lectis et earum tenore plenius intelletto nobis exposuisti humiliter et deuote ut cum ipse littere ob nimiam vetustatem et ecciam propter malam custodiam earundem sint in aliqua parte dirrute et in aliqua abolite exigente pre-

fati collapsi temporis turbacione non te necessario oportuit ipsas litteras suplus terram abscondere et latitare ne perdentur a nobis refici et renouari et deduci in presentem formam suppliciter postulasti nos ei attendentes petitionem tuam Justam utpote fore et consentaneam rationj ipsas litteras de verbo ad uerbum presentibus Inseri fecimus et formam ipsarum diligenter ascribi nullo in eis subtratto uel mutato et in presentem scripturam reddigi mandauimus ad cautelam ipsius Iudicis Corradi et heredum tuorum ut de eis et tenorem ipsarum omnibus et singulis facere valeatis ut predittis originalibus litteris penes te et tuos heredes non comparentibus facere plenam fidem tam in Iudicio quam extra Iudicium ipsas fecimus ascribi et formam ipsarum de verbo ad uerbum Inseri et vim et vigorem habere volumus in omni earum substantia firmitatis ac confirmamus de certa nostra sententia et vigore et viribus roboramus. In quorum omuium testimonium ad futuram temporis memoriam et tui preditti Iudicis Corradi et heredum tuorum hoc presens nostrum priuilegium tibi exinde fieri fecimus nostri sigilli pendentis pontificalj appositione muniri et subscripcionis nostre manus munimine roborari Actum et datum Salernj in nostro Archiepiscopali palacio Anno dominj Millesimo Trecentesimo sexagesimo quarto die octauo mensis Junij secunde Indicionis pontificatus sanctissimi in xpisto patris et dominj dominj Vrbani diuina prouidencia pape quinti anno secundo » (a).

*Nos qui supra Guillelmus dei gratia Archiepiscopus predictum facimus (b).*

(a) Urbano V fu eletto dopo la morte di Innocenzo VI, avvenuta nella notte precedente al dì 15 del mese di settembre del 1362. Guglielmo di Grimoaldo era il suo proprio nome, e trovavasi abbate di s. Vittore di Marsiglia lorchè fu sublimato alla eccelsa dignità papale. Dimorava in Firenze quando glie ne venne partecipata la notizia, e non prima del giorno 31 di ottobre prese in Avignone il solenne possesso, cui seguì la coronazione nel dì 6 di novembre.

(b) Arc. III, num. 228.

LXXI. Nell'anno 1365, essendo stato promosso al grado di abbate del monistero di s. Prisco di Nocera, per autorità di papa Urbano V, un tal monaco per nome Filippo Catula, fu a Guglielmo partecipata ( trattandosi di monistero stabilito ne' limiti della sua diocesi ) la nomina pontificia, la lettera presentando i termini come qui appresso — « Urbanus episcopus servus servorum dei Venerabili fratri Archiepiscopo Salernitano salutem et apostolicam benedictionem. Summi dispositione rectoris ad regimen universalis ecclesie deputati curis assiduis angimur ut opem et operam quantum nobis ex alto conceditur impendamus quod orbis ecclesie et monasteria universa pastorum regiminibus destituta per me providentie ministerium Viris idoneis committatur qui sciant velint et valeant ecclesias - et monasteria ipsa eis comissa studiose regere et salubriter gubernare. Nuper siquidem Monasterio sancti Priscij de Nuceria cristianorum ordinis sancti Benedicti Salernitane diocesis ex eo uacante quod nos de persona dilecti filij Placidi sancte Marie de Possetano dicti ordinis Amalfitane diocesis tunc dicti sancti Prisci Monasterij Abbatis apud sedem apostolicam constituti eidem Monasterio sancte Marie tunc uacanti auctoritate apostolica providemus ipsumque eidem Monasterio prefecimus in Abbatem - Nos attendentes quod nullus preter nos ea vice de ipsius Monasterij sancti Priscij ordinatione se. . . potuerit neque poterit pro eo quod nos diu ante uacationem huiusmodi ipsius Monasterij sancti Priscij provisiones omnium Monasteriorum tunc apud dictam sedem quocumque modo uacantium et imposterum uacaturorum ordinationi et dispositioni nostre reseruantes decreuimus ex tunc irritum et inane si secus super hijs per quoscumque quavis auctoritate scienter uel ignoranter contingeret attemptari ac ad provisionem ejusdem Monasterij sancti Prisci celerem et felicem ne longe uacationis exponeretur incomodis paternis et sollicitis studijs intendentes post deliberationem quam de preficiendo eidem Monasterio sancti Prisci personam utilem ac etiam fructuosam cum nostris fratribus habuimus diligen-

Elezione dell' abbate di s. Prisco di Nocera, fatta per autorità del papa, a lui partecipata con apposita lettera.



tem demum ad dilectum filium Philippum Cathalam Abbatem predicti sancti Prisci - tunc Monachum Monasterij sancti Ilarij dicti ordinis Carcassonensis diocesis. . Monasteriorum ordinem ipsum expresse professum et in sacerdotio constitutum cui de religionis zelo uite munditia litterarum scientia honestate morum et alijs multiplicium uirtutum donis apud nos fidedigna testimonia perhibentur direximus oculos nostre mentis quibus omnibus debita meditatione pensatis de persona ipsius Philippi Abbatis nobis et eisdem fratribus ob dictorum suorum exigentiam meritorum accepta de eorundem fratrum consilio ipsi Monasterio sancti Priscij auctoritate apostolica prouidimus eumque illi prefecimus in Abbatem curam et administrationem ipsius sibi in spiritualibus et temporalibus plenarie comittendo In illo qui dat gratias et largitur premia confidentes quod prelibatum Monasterium sancti Priscij per ipsius Philippi Abbatis industrie et circumspectionis fructuosum studium gratia domini sibi assistente propria prospere dirigetur et gratia in eisdem spiritualibus et temporalibus suscipiet incrementa. Cum igitur ut idem Philippus Abbas in comissa sibi administratione dicti Monasterij sancti Priscij facilius proficere ualeat tuus sit eidem plurimum opportunus fraternitatem tuam monemus rogamus et ortamur attente per apostolica tibi scripta mandantes quatinus eundem Philippum Abbatem et comissum sibi Monasterium ordinario tibi iure subiectos habens pro nostra et eiusdem sedis reuerentia propensius comendatos in ampliandis et conseruandis iuribus suis sic enim tui fauoris auxilio prosequaris quod ipse in commisso sibi regimine dicti Monasterij sancti Priscij se possit utilius exercere tuque dominum misericordiarum et dicte sedis beneuolentiam exinde ualeas uberius promereri. Datum Auinione III Idus februarij Pontificatus nostri Anno Tertio ».

Il capitolo di Salerno ottiene da lui il dominio

LXXII. Fu questo Guglielmo alla di cui memoria debbe sapere grado il capitolo salernitano pel diritto e possesso che go-



de si della cappella cretta in onore della ss.<sup>a</sup> Trinità nella navata destra, per chi entra, della cattedrale, che della sepoltura cavata davanti al recinto di quella e di cui si avvaleva per riporvi tutt'i cadaveri de' defunti canonici, fino alla moderna legge de' camposanti. Nel giorno 10 di maggio dell'anno 1366 ottenne la facoltà di costruirle, e la lettera di concessione offre le parole seguenti — « Guillelmus permissione divina Archiepiscopus Salernitanus dilectis nobis in Xpisto venerabilibus viris. . Archidiacono. . Cantori. . Primicerio. . diaconibus et presbiteris Cardinalibus nostre Maioris Ecclesie Salernitane presentibus et successive futuris salutem et sinceram in domino caritatem. Cura divini cultus exaltationis augmentum ex suprema gratia nobis gratiose concessa ex qua Xpisti cultores et orthodoxe fidei zelatores censemur libenter partes sollicitudinis nostre Imponimus cum teneamur merito pijs operibus que claro iudicio animarum salutem respiciunt et decus Ecclesie exigunt quantum potestatis nostre superioritas expetit nostrum benigne prestare assensum ut Xpisti fideles nostro suffulti patrocinio per laudabilis exempli normam ad ea que salutem animarum sapiunt ferventius et devotius curent. Sane habuit ex parte vestra supplex petitio devote nobis exhibita quod ob pure devotionis affectum quam ad sanctissimam Trinitatem habere censemini in honorificum ejusdem patrocinium per celebre ministerium disponimini ad Xpisti laudem et gloriam in ala nostre Ecclesie Salernitane meridiana Intra portam per quam egreditur ad Pratariam dicte nostre Ecclesie et sepulcrum quondam Archidiaconi Macze quandam Cappellam fodendo dictum murum ferreis cancellis uel ligneis reclusam sub vocabulo sancte Trinitatis et supus solum ipsius Cameram seu sepulturam construere in qua dum revolutionem temporis et mortis eventum pertingeret humaniter evenire cadavera vestra allocare et in ea per vos presbiteros presentes scilicet et futuros divina misteria celebrare hedificare et construere - a nobis inde nostrum beneplacitum suppliciter postulastis et vobis Impertiri liberam dignaremur facultatem.

di una cappella della cattedrale, unitamente alla sepoltura annessa alla medesima.

Nos autem attendentes quod bonum opus quod in voluntate consistit divino adiutorio perfectionem acquirit - vestris in hac parte supplicationibus Inclinati - vobis hedificandi predi-  
 ctam Cappellam et sup̄tus eam sepulturam construendi - ac omnia et singula supradicta per vos exposita exequendi et complendi plenam tenore presentium et liberam concedimus potestatem ac licentiam elargimur. In quorum omnium testimoni-  
 um vestrorumque cautelam presentes nostras patentes concessionis litteras vobis exinde fieri fecimus nostri pontificalis pendentis sigilli munimine communitas. Datum Salerni in nostro Archiepiscopali palatio Anno domini Millesimo Trecentesimo sexagesimo sexto die decimo mensis Maij quarte Indictionis Pontificatus sanctissimi in Xp̄isto patris et domini nostri domini Urbanj divina providentia pape quinti Anno Quarto » (a).

*Adest sigillum*

Un territorio giacente in Montecorvino è da lui concesso in enfiteusi ad un suo vassallo dello stato medesimo.

LXXIII. Procedendo innanzi, non ci si fa incontro altra azione di questo arcivescovo prima dell'anno 1369. Nel quale pigliando in considerazione i precedenti servigi e meriti di un Errico Liguori di Montecorvino già suo vassallo e familiare, gli concedette in enfiteusi perpetua un territorio sterile sito ne' tenimenti dello stato medesimo, con imporgli la semplice annua prestazione di due libbre di cera, da doverla esibire nella solennità della translazione dell'Apostolo protettore della città e diocesi. Il documento presenta l'espressioni quì sottoposte — « Guillermus permissione diuina Archiepiscopus Salernitanus discreto Viro notario herrico de ligorio de Montecorbino Vassallo et familiari nostro dilecto salutem in domino sempiternam. Augetur deuocio frequencius in obsequiosa promptitudine obsequendi. Dum remuneracio dominorum apud subiettos' crescere censetur - Sane attendentes tue merita probitatis quibus laudabiliter nosceris Insigniri nec non

(a) Dall'archivio del capitolo.

grata deuocionis obsequia nobis et Ecclesie nostre Salernitane per te a dyu fideliter prestita et te speramus de bono in melius dante domino decetero prestiturum volentes tibi premisorum seruiciorum obtemptu grata vicissitudine respondere ut ad nostra obsequia deuocius cureris tibi et heredibus in emphiteosim quandam terram siluosam et sterilem silam in pertinencijs Montis corbinj ubi dicitur *lafaindella* iuxta viam publicam a duabus partibus iuxta res heredum quondam francisci de constancio iuxta montem qui dicitur spinalittulo et alios confines consuetam siquidem concedi antiquitus in emphiteusim per predecessores nostros de certa sciencia tenore presencium duximus concedendam sub annuo reddito siue censu librarum duarum de cera nobis et successoribus nostris in ditta nostra salernitana Ecclesia presidentibus singulis annis perpetuo per te et heredes tuos in signum recognicionis specialis dominij in festo translacionis beati Mathei apostoli et euangeliste perpetualiter persoluendo non obstante quacumque concessione inphiteotica seu ab beneplacitum per nos facta de predicta terra cuicumque persone sub quacumque uerborum expressione sollepnitate consistat cum illam viribus tollimus et efficacia de certa nostra sciencia vacuumus ac caram renouamus et annullamus in omuj sui substancia et vigore. Inuestientes te per nostrum anulum iuxta morem prelatorum de dicta terra cum omnibus Juribus et pertinencijs suis. . . . . tibi que de fructibus redditibus prouentibus preditte terre facias Integre decetero ab omnibus responderi dantes tibi auctoritate presencium plenariam et omnimodam potestatem capiendi et adipiscendi per te seu procuratorem tuum corporalem possessionem seu quasi preditte terre Jurium omnium et pertinenciarum eius quandocumque volueris. In quorum omnium testimonium ad futuram rei memoriam tuique notarii herrii et heredum tuorum cautelam presentes litteras tibi exinde fieri iecimus per manus nicolai coppule publici ubilibet Imperiali auctoritate notarij signo suo solito signatas nostri pendentis sigilli munimine et subscripcionis nostre manus robo-

ratione munitas. Datum salernj in nostro Archiepiscopali palacio Anno domini Millesimo Trecentesimo sexagesimo nono Die septimodecimo mensis Marcij sexte Indiccionis pontificatus sanctissimi in xpisto patris et dominj nostri domini vrbanj diuina prouidencia pape quinti anno septimo ».

*Nos qui supra Guillelmus Archiepiscopus predicta facimus.*

Et Ego predictus nicolaus coppula puplicus ubilibet Imperiali autoritate notarius quj de mandato prefati domini Archiepiscopi et ad rogatum predicti notarij herrici presentes licteras in publicam scripturam et formam reddegi meoque consueto signo solito signaui in testimonium premissorum presentibus vna mecum Iudice nicolao de Jubono do. . . uillo de Reginida cantore Campan et mottulo ferrario de Gifono testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis (a).

Singolare privilegio da lui accordato ad un altro suo vassallo e familiare, appartenente allo stato di Olevano.

LXXIV. Non rimane a dirsi che di un'altra operazione da lui eseguita nell'anno 1371. Consistette ella in un singolare privilegio largito ad un tal Petrarca di Emzio di Olevano e trasmissibile a' suoi figli di sesso maschile; concedendogli di poter costruire una macchina da olio nella propria casa col diritto di adoperarla per l'estrazione di qualsivoglia quantità del detto liquido a suo piacimento, ed inoltre esentandolo dall'obbligo di corrispondere alcuna tassa di molitura per qualsivoglia quantità di orzo ed altre vettovaglie mandar volesse al mulino della mensa quivi esistente. Il documento da cui si apprende sta ne' termini come appresso — « Guillelmus miseracione diuina Archiepiscopus Salernitanus. Dilecto Nobis In xpisto Petrarche de Emptio de Castro olibanj. Vaxallo Nostro. et Ecclesie Nostre Salernitane ac familiarj domestico salutem. In domino. digne Credimus Agere si affectu quem ad Officiales et familiares Nostros specialiter gerimus ad eos - No-

(a) Arc. III, num. 245.



strum Intuitu alioquin Extendentes Illis Munificencie dexteram porrigamus ut hij qui Nostris et ecclesie Nostre preditte die noctuque Insistunt obsequijs remuneraciones condignas congaudeant. et pastoralis officij memorie cura dignis extollitur laudibus cum ex pastoris precedit Munifica remuneracione subiettorum - quia recipiencium fides crescit ex premio et alij ad obsequendum deuocius animantur. sane obsequiorum tuorum Vtilium grata prestaccio te Nobis reddit acceptum et non stimulante Viget ut debeamus tibj nostre munificentie dexteram aperire ut auidius obsequijs nostris intendas pre gustare aliqua dulcedinj premiorum. Volentes Igitur in persona tua similiter dileccionis signum ostendere et ipsam honoribus et specialibus priuilegijs decorare Idcirco preditto Petrarche et filijs tuis masculis de tuo corpore subseptis et subsciipiendis presentis mei priuilegij tenore concedimus - quod tu et predittj tui filij - possitis In domo Vestra propria trappetum habere oliuarum In ipsoque trappeto libere et sine contrarietate quorumcunque officialium seu tabellatorum oliuas quascunque deferendas ad dittam machinam machinarj facere trappetarios quoque cum animalibus prout Indigena suasserit si et quotiens opus fuerit in dicta machina seu trappelo ponere non obstantibus quibuscunque prohibitionibus seu ordinaccionibus tam per predecessores nostros quam per nos factis et a longis decursis temporibus obseruatis in dicta terra olibanj - Et Inter vos emanatis quas Volumus quo ad huiusmodi gratia eius efficacia carere robore uel momento. Et ut ampliorem et liberio rem gratiam. a nobis habuisse gratuletis. et quia cotidie In nostris seruicijs pullulas de gratia specialj concedimus quod tu et predittj tui filij natis iam et in antea nascituris libere et sine aliquo obstaculo Valeatis molere et molj facere in molendino quod nostra preditta Ecclesia in dicto castro habere dignoscitur quecumque frumentj ordei et alia Vittualia quantitate Volentes pro Vsu dominico sine alicuius solucionis ipsius moliture Jure et cuius met prestacionis salario cum de soluccionem et iure huiusmodi

moliture reddimus Vos penitus liberos et exemptos - Ita quod per nullum officialem seu alium Juris executorem - possitis pro soluccione huiusmodi cohercerj. et ut preditta nostra ecclesia ad te aliquid comodum pro predittis graciaj consequatur - Volumus quod tu et predittj tui filij In signum dominij mense Nostre anno quolibet duas libras cere exhibere In festo traslacionis Sancti Mathei apostoli et euangeliste infalibilter tenearis - In cuius rey testimonium et tuy et predittorum filiorum tuorum cautelam presentes nostras litteras Vobis exinde fierj fecimus nostri pontificalis sigillj appensione munitas - Data Salernj In nostro Archiepiscopalj palaccio Anno dominj M° CCC° LXXI.° die XX° mensis Aprilis None Indiccionis Pontificatus Sanctissimi In Xpisto Patris et dominj Nostrj dominj Gregorij diuina prouidencia Pape XI Anno primo » (a).

**GIOVANNI ACQUAVIVA ARCIVESCOVO PROBABILMENTE SCISMATICO.**

LXXV. Accadde la morte di Guglielmo III nel 1377, anno memorabile ne' fasti di Roma per aver ella ricuperati i suoi papi, per non mai più allontanarsene e fissare la loro sede altrove. Ma siffatto prosperevole avvenimento da quali calamità e sciagure non doveva andar seguito? Parlo del funesto scisma che nacque dopo la morte di Gregorio XI, quando i cardinali mal soddisfatti del suo successore Urbano VI, congregatisi in Fondi sotto la protezione della regina Giovanna passarono ad opporgli un antipapa col nome di Clemente VII, ch'ebbe l'arte di piegare alla sua obbedienza gran parte della cristianità, rimanendo così la Chiesa orribilmente divisa, lacerata ed esposta a sconvolgimenti e scandali inauditi, che continuarono per più anni — Nulla di sinistro avrebbe da tal deplorabile enormità riportato la Chiesa di Salerno, se la vedovanza accaduta per la morte di Guglielmo avesse avuta una breve durata: ma può con molta verisimiglianza affermarsi

(a) Arc. III, num. 220.

che non sia stata ella provveduta di nuovo pastore se non nel tempo in cui lo scisma fomentato e protetto da chi dominava nel regno cercava di farsi strada nelle chiese ivi esistenti. Fu di fatti un Giovanni Acquaviva napoletano, che si vide innalzato sul soglio arcivescovile dopo Guglielmo, e da un documento allegato a proposito dell'erudito autore dell'Italia sacra (a) si ha gran motivo a riguardarlo partigiano dell'antipapa e quindi per sua opera introdotto a governare questa Chiesa.

#### GUGLIELMO IV.

LXXVI. Siffatto disordine, per altro, non dovette durar lungo tempo, mentre un altro arcivescovo aderente alle parti di Urbano veggiamo destinato a governarla non prima che terminasse l'anno 1378. Si fu questi Guglielmo di Capua de' conti di Altavilla, cui il papa predetto la conferì in commenda nel giorno 18 di settembre, giorno nel quale fu da lui il soggetto medesimo creato cardinal diacono del titolo di s. Maria in Cosmedin. E sebbene potè allora di questa Chiesa avverarsi quel che si vide effettuato in ordine ad altre chiese che dovesse cioè soggiacere alle pretensioni di due capi che se ne contendessero l'autorità, ciascuno sostenuto dall'uno de'due avversari nel papato, nulladimeno quest'altra esorbitanza non dovette ravvisarvisi che fino all'anno seguente; allorchè l'antipapa eh'erasi condotto in Napoli, sperando di ottenere dal popolo proteste di sommissione ed attaccamento, costretto si vide a sloggiarne ben presto da una furiosa e tremenda sollevazione che contro di lui eccitossi, avendo dovuto la regina che altamente favorivalo deporre il pensiero di

---

(a) Le parole ond'egli espone quanto riguarda l'arcivescovo di cui si tratta son le seguenti — « Hic vel legitime successit Guillelmo, vel a Clemente VII pseudo-pontifice intrusus est post mortem. Willelmi; in libro namque solutionum ejusdem Clementis memoratur ipse Joannes ultima Januarii 1378 nulla alia deinceps memoria extat ».

farlo riconoscere da' suoi sudditi, loro malgrado (a) — E tornando a Guglielmo di Capua, dovrebbe fissarsi la sua morte nel giorno 23 di luglio dell'anno 1389, se potessimo conten-

(a) Se il popolo napoletano non esitò a riguardare Clemente come un indegno ed illegittimo usurpatore del sublime trono di Pietro, la condotta di qualche prelato del regno non fu in egual modo decisa e risoluta. Serva di pruova di quanto asserisco il fatto seguente, che io scelgo in preferenza perchè avvenuto in persona di un vescovo uscito dal clero di questa Chiesa di Salerno. Tommaso dell' antichissima famiglia Santomango o altrimenti Santomagno era il suo nome, che, dopo di aver coperta la dignità di arcidiacono di questo capitolo, fu promosso al regime della chiesa vescovile di Capaccio per effetto di elezione di quel capitolo, confermata da Benedetto XII nel giorno 11 di giugno dell'anno 1340. Sorto ed apparso il luttuoso scisma si fe' egli imporre dal vano scrupolo di rendersi giudice della prima sede, aderendo piuttosto all' uno che all' altro partito prima che dalla Chiesa universale non fosse definita la controversia; e però in una bolla che nel dì 20 di luglio dell'anno 1381 emanò colla data di Agropoli in conferma di un privilegio di cui era in possesso l' abate di s. Maria di Laurino, si astenne dall' indicare, come altre volte aveva praticato, l' anno del pontificato corrente. Nè ebbe il bene di vedersi libero dalle sue perplessità, essendo fiuito di vivere nel giorno 12 di luglio dell'anno 1382. La morte accadde in Salerno, e fu sepolto nella Chiesa cattedrale col seguente epitaffio — « Hic jacet corpus Rev. in Christo patris, et Domini, Domini Thomasia de Santomagno, Dei gratia Venerabilis Caputaquensis Episcopi, qui obiit anno ab Incarnatione Domini 1382 die 12 mensis Julii, sextae indictionis, cuius anima per misericordiam Dei requiescat in pace. Amen ».

Prendo poi qui occasione di far parola di un altro salernitano, appartenente all' istessa famiglia del predetto Tommaso ed immediato di lui antecessore nel vescovado di Capaccio. Chiamavasi egli Filippo e fu assunto al governo di essa chiesa nel giorno 7 di luglio dell'anno 1312, anno corrispondente al settimo del pontificato di Clemente V. La donazione del sacro monte di Novi a Tommaso Marzano ammiraglio del regno e signore della valle di Novi, la conferma di un monastero di donne professanti la regola di s. Bernardo, fondato ed eretto nella valle di Diano per opera di un Giovanni Valenzano milite, e quella di un altro convento stabilito nella Sala e de-

tarci dell' autorità dell' abbate Ughelli, o anche del Ciacconio e del Mazzella ch' egli allega in appoggio della sua asserzione. Ma ad altra sentenza ci conduce un documento di questo archivio, mostrandolo tuttora vivente quattro anni dopo. Consiste in una commissione fatta nel 1393 da papa Bonifazio IX successore del VI Urbano, al vescovo di Acerno, di provvedere al danno cagionato alla mensa di Salerno dagli arcivescovi predecessori di Guglielmo, per averne distratto decime, terre, case, vigne, praterie, boschi ed altri beni, dando allo stesso facoltà di esaminare i titoli di siffatte alienazioni, e ravvisatili indebiti ed illegali, di ritorle a' possessori costringendoli anche col terrore delle ecclesiastiche censure. E tanto più volentieri ci conformiamo alla testimonianza di esso documento, in quanto che non sembra punto presumibile che una Chiesa di tanta importanza qual' era questa di Salerno, sia potuto rimanere per più anni vacante, in tempi in cui troppo doveva premere a' papi legittimi di non permettere che le chiese di lor dipendenza restassero lungamente esposte a pericolo di sovvertimento per mancanza de' reggitori, non prima dell' anno 1394 veggendola affidata alle cure di un nuovo arcivescovo in luogo di Guglielmo. Le parole poi del documento sono come qui appresso — « Bonifatius episcopus servus servorum dei Venerabili fratri -- Episcopo Acernensi Salutem et apostolicam benedictionem - Significavit nobis dile-

---

stinato a dimora di padri crociferi formano gli atti più memorabili del suo vescovil regime. Anche in Salerno mise termine alla sua vita nel luglio dell' anno 1336 e le sue mortali spoglie vennero similmente riposte in questa Chiesa metropolitana, non essendosi mancato di incidere sulla pietra sepolcrale una iscrizione che fu la seguente — « Hic jacet Dominus Philippus de Santomagno Dei gratia Venerabilis Caputaquensis Episcopus, qui obiit anno ab Incarnatione Domini M. CCC. XXXVI. mense Julii III. Ind. cujus anima per misericordiam Dei requiescat in pace. Amen » — Chi poi desidera di avere più diffuse conoscenze di questi due illustri salernitai, legga il Volpi nella sua, *Cronologia de' vescovi pestani*, stampata in Napoli nel 1752.

ctus filius Guillelmus Salernitanus Electus quod predecesores sui Archiepiscopi Salernitani qui fuerunt pro tempore decimas terras domos Vineas Prata pascua nemora Molendina possessiones redditus iura iurisdictiones et quedam alia bona Salernitanam Mensam Archiepiscopalem spectantia datis super hoc litteris interpositis iuramentis confectis publicis Instrumentis factis renuntiationibus et penis adiectis in grauem eiusdem Mense lesionem nonnullis clericis et laicis aliquibus eorum ad uitam quibusdam uero ad non modicum tempus et alijs perpetuo ad firmam uel sub censu annuo concesserunt quorum aliqui super hijs litteris confirmationis in forma communi a sede apostolica impetrasse dicuntur - Cum igitur nostra intersit super hoc de oportuno remedio prouidere fraternitati tue per apostolica scripta mandamus quatinus ea que de bonis ad Mensam predictam Archiepiscopalem spectantibus per concessionem huiusmodi alienata inueneris illicite uel distracta Non obstantibus litteris iuramentis Instrumentis renuntiationibus penis et confirmationibus supradictis ad ius et proprietatem eiusdem mense legitime reuocare procures. Contradictores per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendo Testes autem qui fuerunt nominati si se gratia odio uel timore subtraxerint censura simili appellatione cessante compellas ueritati testimonium perhibere. Datum Laterani IIII Nonas februarij Pontificatus nostrj Anno Quinto » (a).

FUGA DI URBANO VI PER LE VIE DI SANSEVERINO E GIFFONI.

LXXVII. Cambiamenti politici e vicende di gran lunga memorabili erano successi intanto nel regno. Giovanna I.<sup>a</sup> in pena della sua cooperazione alla formazione dello scisma era stata

(a) Arc. III, num. 224 — Il vescovo di Acerno cui leggesi affidata detta commissione fu senza dubbio Benedetto di Escolo, che parteggiò dapprima per l'antipapa Clemente dal quale fu probabilmente intruso in essa chiesa; ma aderì poscia a Bonifazio nono, e da lui venne trasferito nel 1396 ad altra sede più cospicua.

sbalzata dal trono, e Carlo della Pace figlio del duca di Durazzo e nipote di Ludovico re di Ungheria e di Polonia dopo di averne ottenuta l'investitura da papa Urbano VI, nell'anno 1381 se n'era messo in possesso (a), ed impadronendosi della istessa persona della regina, chiusa in un formidabile castello l'aveva fatta nell'anno seguente privar di vita. Il nuovo re che dal deciso favore e protezione del pontefice ripeteva il suo innalzamento, gli era addivenuto nemico; e mal volentieri soffrendo la presenza di esso nel regno (b), irritato ed offeso dal suo procedere e dall'autorità che su di lui intendeva esercitare, era giunto a stringere di assedio il castello di Nocera, dove il papa era passato a dimorare dopo

(a) Fra i personaggi del regno che si sottomisero a Carlo pria ch'egli ne prendesse possesso solenne si distinse Giannotto protogiudice di Salerno. Trovossi egli nell'esercito di detto rege che mosse alla conquista di Napoli, e fu da quello per la sua gran virtù ed esperienza nelle armi costituito grancontestabile del regno. Divenne non guari dappoi conte di Acerra e membro della *Compagnia della nave*, nuovo ordine cavalleresco creato da Carlo dopo l'imprigionamento della regina Giovanna. Dovendo in seguito il re recarsi a combattere Luigi d'Angiò che soggiogava la Puglia, fu egli del numero di coloro che fecero parte della spedizione. Quivi rattrovaendosi ammalossi di un morbo che infestò tutt'i principali del campo regio, e del quale chi era attaccato scorticava a modo di serpi; e così nel 1381 pose termine alla sua vita.

(b) Ma qual impegno egli non aveva precedentemente mostrato di renderselo vieppiù affezionato e benevolo? Il fa vedere fra gli altri il fatto seguente. Aveva l'antipapa Clemente nella sua breve dimora in Napoli aggregato al numero dei suoi cardinali Leonardo di Giffoni, contrada della diocesi di Salerno, il quale copriva dinanzi il grado di generale dei frati minori dell'osservanza. Or Carlo divenuto possessore del regno, il fe' ignominiosamente catturare, menarlo indi a s. Chiara, svestirlo al cospetto di accorso popolo degli abiti cardinalizi, gittarne il cappello al fuoco che era stato a tale uopo acceso in mezzo alla chiesa; e il costrinse a confessare di propria bocca che Clemente era papa falso ed egli cardinale illegittimo. Il che eseguito, il fe' rimettere in prigione riservandolo alla disposizione di papa Urbano.

di essere stato qualche tempo in Napoli. La non curanza del principe de' fulmini della Chiesa trasfusa nell' esercito vano ed inefficace aveva renduto il loro uso per atterrirlo ed allontanarlo dall' assedio; e però senza l' aiuto di Ramondello Orsino e di Tommaso Sanseverino opportunamente accorsi con numeroso stuolo di combattenti per liberare l' imprigionato pontefice, chi sa a quali altre umiliazioni sarebbesi egli veduto sottoposto? — E quì si arresti il racconto di ta' luttuose avventure per rivolgerlo allo spettacolo che si offerì allora alla Chiesa di Salerno. Imperocchè fu per le scoscese vie e contrade di Giffoni e Sanseverino tenimenti di questa diocesi (a), che nell'agosto del 1385 il papa venne condotto dall' esercito liberatore e non senza rischio di rimaner detenuto fra le mani di questo stesso, che dovette ammansire con largizioni di danaro (b). Quindi è che dopo di aver ella somministrato pacifico e rispettoso asilo ad un celebre pontefice esule da suoi stati ed aver accolto con manifestazioni di gioia ed ossequio altri supremi moderatori del cattolico orbe, fu costretta a vedere un legittimo successore de' medesimi, in grado di timido fuggitivo correre per mezzo ad essa, non sicuro della sua salvezza fino a che arrivato alla foce del Sele non trovasse le galee genovesi venute per trasportarlo fuori del regno (c). E chi potrà fare a meno di esclamare — Oh tempi; oh incostanza delle umane cose?

LIGORIO DE MAIORINIS.

LXXVIII. Successore di Guglielmo di Capua fu Ligorio *de Maiorinis* nobile Napoletano e già abbate dell' insigne cenobio di Cava, la qual dignità sostenne per la durata di anni ventitre, essendo stato principale autore p. rechè quella

(a) Vedi il Costanzo nel lib. 8.<sup>o</sup>

(b) Ciò dagli annali del Muratori all' anno 1385.

(c) V. il Costanzo nel luogo cit.



chiesa abbadiale venisse, nel 1384, eretta in cattedrale (a). Non prima dell'anno 1394 (b) passò poi a coprire l'arcivescovil sede di Salerno che possedette infino al 1400, quando fu per provvisione del pontefice medesimo traslatato alla chiesa di Colocza, città dell'Ungheria superiore (c). Degli atti del suo governo non altro rinviensi nell'archivio arcivescovile eccetto un ampio privilegio largito ad un Niccolò Palladino di Olevano, e trasmisibile a' suoi figli di sesso maschile. L'esenzione da' diritti della molitura al mulino della mensa esistente in detto stato e la concessione di taluni terreni giacenti nel medesimo e nella coltivazione de' quali crasi esercitato il suo avo di nome Tommaso ne furono l'oggetto, colla riserba di taluni pesi e prestazioni in riconoscimento del diretto dominio e padronanza della salernitana Chiesa. Essendo la pergamena che il presenta guasta e malconcia in notevole parte, non ha potuto somministrare che le parole seguenti — « Frater Ligorius permissione diuina Archiepiscopus Salernitanus dilecto nobis in xpisto Nicolao Paladino de terra Olibanjanostre Ecclesie Salernitane Vaxallo ipsius Ecclesie salutem in domino. Tua et tuorum sincera deuocio et fidelitas ad nostram Ecclesiam Salernitanam prelibatam habi-

Privilegio dalui accordato ad un individuo dello stato di Olevano.

(a) Continuò nella condizione di chiesa episcopale infino al pontificato di Alessandro VI, quando avendo Oliviero Caraffa che n'era vescovo tentato di farvi venire i cenobiti di Montecasino in luogo di quelli che vi dimoravano porse occasione a vivi e prolungati contrasti fra lui e questi. Nè ebbero fine se non dopo che Leone X aderendo alle istanze de' medesimi sopprese la cattedrale di esso monistero e la trasferì alla chiesa della ss.<sup>a</sup> Vergine eretta nelle vicinanze.

(b) Nel giorno settimo prima degl'idi di agosto. Così dall'Ughelli.

(c) Tuttociò dal medesimo scrittore dell'Italia sacra; il quale riferisce altresì che il prelado di cui si discorre « Fratrem habuit de Majorinis Salerni straticotum sub Joanna Regina » ed aggiugue « De hac gente, quae adhuc Salerni extare fertur saepe mentio in Regest. Regiis; et tumulus legitur Lipoli Majorini, qui obiit anno 1511. die nona Maii, et Marini patris ejus in Ecclesia sancti Dominici Neapolis ».

ta promerentur - ut personam tuam quadam prerogatiua specialis beniuolentie persequentes eam opportuno muniamus fauore ac honore congruo attollamus - ut igitur feruencius virtutum et fidelitatis studijs Immoreris - et in prefata deuocione persistas - quo amplius te senseris honorarij - Te de specialj gratia harum serie in nostrum familiarem domesticum duximus admittendum. Volentes ut Illis libertatibus et Immunitibus potiaris et gaudeas - quibus nostri familiares domestici potiuntur et soliti sunt gaudere. Mandantes omnibus et singulis Vaxallis subditis et officialibus quibuscunq[ue] nostre Ecclesie salernitane eiusque terrarum presentibus et futuris sub excommunicationis pena - ut te caritate debita trahant et honorificent sicut decet - Et ulterius tuam volentes personam amplioribus gratijs decorare - et tibi volentes gratiam facere specialem. Tibi et filijs tuis masculinij sexus de tuo corpore legitime descendentibus natis Jam et in antea nascituris tam nostra vita durante - et nobis presidentibus in dicta Ecclesia Salernitana Archiepiscopo Salernitano - damus tradimus et concedimus harum serie franchitiam - moliture molendinij quod nostra Ecclesia Salernitana habet presentialiter in dicta terra Olibanj. Ita quod in eo possitis molere et molj facere libere sine obstaculo et sine solucione proinde debita Ecclesie memorata - quameunque frumenti et uictualium quantitatem quam volueritis pro Vsu uestro tum de solucione huiusmodi moliture Reddamus vos penitus liberos franchos et exemptos. Itaque per nullum officialem cabellotum seu alium dicti Juris exactorem possitis pro solucione huiusmodi quomodolibet cohercerj. Non obstantibus quibuscunq[ue] prohibitionibus et ordinationibus tam per predecessores nostros quam per nos factis et fiendis et a longis temporibus transactis obseruatis in dicta terra olibanj emanatis. quas volumus quo ad huiusmodi terram omnj efficacia carere roboris uel mor... Et ut predicta nostra Ecclesia a te et dictis filijs tuis aliquid commodum pro dicta gratia moliture consequatur Volumus quod tu et dicti filij tui in signum recognicionis specialis dominij dicte Ecclesie saler-

nitane nobis et mense nostre Anno quolibet in festo translacionis sancti Mathei Apostoli et euangeliste patronj et defensoris nostri de mense maij pro ----- nostre Salernitane superiori infallibiliter teneaminj. Et amplius per presentes tam nostra vita durante et nobis presidentibus in Ecclesia ipsa contulimus et concedimus... predicto... omnes terras quas solitus fuit laborare quondam Thomasius paladinus Auus tuus sicut in Territorio dicte terre olibanj ubi dicitur lo locierno de logaldo iuxta vallonem a duabus partibus iuxta res que fuerunt quondam Masijpaldi fines Lipissulj et alios confines. quas terras tu et dicti filij tui teneaminj laborare colere et exercere omnes terras Augmentareque pro tempore ut decet - ut in melius proficiant et non depereant. Alienacione ipsarum terrarum et moliture tibi in dictis filijs tuis penitus Interdicta. Et proinde teneaminj nobis et Ecclesie nostre memorate Anno quolibet in aeribus vestris cabellotis nostris de dicta terra prout consuetum darj incessanter tempore arearum de eo quod exinde peruenerit Quintam partem - ad que omnia danda et obseruanda sponte te nobis voluntarie obligasti. In quarum dacione et obseruacione premissorum si cessaueritis per Annum expectatum et elapsum a die solucionis huiusmodi in ante computandis - ipso facto ab utile dominio possessione ipsius et Ipso Jure cadatis... ipso Jure et facto deuoluantur premissa nostre gratie ad directum et utile dominium ipsius Ecclesie - et liceat nobis et successoribus nostris reuocare predicta et concedere predictas gratias cui Voluerimus. Juribus aliorum pretendendum in premissis terris in futurum in omnibus semper saluis. In quorum omnium testimonium et cautelam vestrorum et omnium quorum uel cuius... Interest et poterit Interesse certitudinem presentes lieteras tibi exinde fierj fecimus sigillo nostro pontificalj pendenti et propria subscriptione nostre manus munitas. Data Salernj in Archiepiscopali palacio Anno natiuitatis dominj Millesimo Trecentesimo nonagesimo nono. Die Quarto decimo mensis Julij septime Indicionis. Pontificatus Sanctissimi in xpisto patris et dominj no-

stri dominj Bonifacij diuina prouidencia pape nonj. Anno decimo » (a).

BARTOLOMEO DI APRANO.

LXXIX. Succedeva a Ligorio *de Maiorinis* Bartolomeo di Aprano, trasferito dalla chiesa arcivescovile di Taranto a questa di Salerno nel giorno 5 di febbraio del 1400 per autorità di Bonifazio nono. Dovendo far parola delle operazioni di un tale arcivescovo, mi si offre in sulle prime il fatto seguente.

Provvista della rettoria di una chiesa esistente nel villaggio Pastorano, ed appartenente al giurispadronato degli eredi di una Biarella di Procida.

La chiesa di s. Maria *de fontanella* sita in Pastorano, villaggio di Salerno, dipendeva dal giurispadronato di un Amelio (di cui non si è potuto nel documento relativo leggere il cognome) abbate e canonico salernitano, e di un Niccolò di Ruggiero, quali nipoti ed eredi universali di una signora Biarella di Procida, già defunta. Essendo adunque rimasta ella vacante per la morte del suo cappellano e rettore, Niccolò di Martino, venne da essi padroni nominato e presentato a Rainaldo Vassallo, vicario generale del prelato suddetto, un Niccolò Cositore prete del villaggio medesimo. Il diritto dei presentanti fu rinvenuto legittimo e messo in atto fra 'l tempo fissato dalle canoniche leggi, e riconosciuto il soggetto idoneo ed adorno de' necessari requisiti fu il medesimo investito del beneficio, con essere stato delegato un prete di nome Angelo di Martino a dargliene il corporale possesso. Il documento da cui tanto si rilevava concepito in questi termini — « Raynaldus Vaxallus... salernitanus Reuerendi in xpisto patris et domini domini Bartholomei permissione diuina Archiepiscopi Salernitani in spiritualibus et temporalibus Vicarius generalis Vniuersis et singulis... nostre Institucionis licteras Inspecturis - tam presentibus quam futuris - Notumfacimus et testamur quod olim constituti Coram Nobis et nostra Curia Venerabiles et Nobiles Virj. Abbas Amelius... de salerno ca-

(a) Arc. III, num. 245.

nonicus Salernitanus - et Nicolaus de rogerio de Salerno - filii  
 et Nepotes ac heredes Vniuersales quondam Egrogie Mulieris  
 domine Birelle de procida de Salerno. . . ut sue Auie paterne  
 ipsorum ueri et legitimi patroni Ecclesie sancte Marie de fon-  
 tanella de pastorano forie Salerni Salernitane diocesis - Jurium  
 omnium et pertinenciarum eius et ex. . . in possessione seu  
 quasi Juris patronatus ipsius Ecclesie ut Juris presentandi Re-  
 ctorem seu perpetuum cappellanum in eadem cum eam vacare  
 contigerit - pro toto Jure patronatus ipsius. Asseruerunt No-  
 bis et ipsi nostre Curie - nouiter ad eorum noticiam deuenis-  
 se - dictam Ecclesiam sancte Marie seu Rectoriam seu Cappel-  
 laniam ipsius Vacare - per mortem quondam presbiteri Nico-  
 laj de martino de pastorano predicto - ipsius Ecclesie ultimi  
 et immediati Rectoris seu cappellanj perpetui - ob quod Cu-  
 pientes dicti Abbas Amelius et Nicolaus patronj ut supra ei-  
 dem Ecclesie sic Vacanti - de Rectore siue Cappellano perpe-  
 tuo ydoneo prouidere - qui ipsam Ecclesiam spiritualiter gu-  
 bernaret Nobis et ipsi nostre Curie. Infra legitima canonica  
 tempora. a. Jure in talibus stabilita. Discretum et honestum  
 Virum - presbiterum Nicolaum cosetorem habitorem pastoranj  
 predicti - Virum utique de legitimo matrimonio natum - lict-  
 ratum - competentis sciencie etatis legitime - bonis moribus  
 adornatum - aptum et ydoneum - ac scientem Valentem ipsam  
 Ecclesiam et Jura ipsius salubriter regere. et feliciter in do-  
 mino gubernare autoritate ordinaria nominarunt et canonice  
 presentarunt - in Rectorem seu cappellanum perpetuum seu pro  
 Rectore seu Cappellano perpetue Ecclesie supradicte. Jurium-  
 que et pertinenciarum eius - petentes. a. Nobis humiliterque  
 supplicantes prefati Abbas Amelius et Nicolaus patronj. ut pre-  
 fatam eorum presentacionem ut pote de persona ydonea et suf-  
 ficienti factam - legitime et canonice admictere - et prefatum  
 presbiterum Nicolaum in Rectorem seu Cappellanum perpe-  
 tuum - et pro Rectore et Cappellano perpetuo ipsius Ecclesie  
 Jurium omnium et pertinenciarum eius Instituire - benigni-  
 ter dignaremur presente ibidem dicto presbitero Nicolao pre-

sentato et consenciente dicte presentacioni de se facte et humiliter supplicante se Institutj ad presentacionem eandem in Rectore seu Cappellano perpetuo - et pro Rectore seu Cappellano perpetuo Ecclesie prelibate. prout hec et alia - in quibusdam petitionibus exinde coram Nobis oblata plenius et serriocius continentur - Nos autem autoritate qua fungimur - ut ex potestate et commissione. . . . precedenter per ipsum dominum Archiepiscopum specialiter attributam volentes super predictae presentacionis negocio procedere via Juris - Ac attendentes verbum apostolj dicentis nemini. . . . as - pro ut eciam canonica Jura Volunt et mandant - Edicta. Videlicet Vnum in maiori salernitana Ecclesia et aliud in dicta Ecclesia sancte Marie ut Juris et moris est. . . . et generaliter ac legitime apponi fecimus - Monendo legitime et Citando - omnes et singulos - ut si qui essent qui in premissis sua putauerint Inter esse - et uellent aliquid dicere - opponere - obicere - uel allegare - tam contra personas dictorum presentacium et presentati quam formam presentacionis huiusmodi - propter quod presentacio ipsa - impeditj possit in aliquo uel Institutio ipsa differrj - quod coram nobis infra certum terminum peremptorium competentem in ipsis edictis contentum - et eis et cuilibet ipsorum peremptorie assignatum comparerent - oppositurj - dicturj. obiecturj et allegaturj quicquid Volebant - et eis et Cuilibet ipsorum competebat in causa presentacionis predictae - quia parati eramus - eos in eorum Juribus pacienter audire - eisq; expidite Justicie facere complementum - Alioquin ipso elapso termino in ipso edicto contento - ad anteriora ipsius cause procedebamus - Justicia mediante eorum et cuiuslibet ipsorum absentia et contra non obstante - Et quia nec infra ipsum terminum in eodem edicto contentum nec eciam post - aliquibus diebus expectatis aliquis comparuit coram Nobis - ad predicta in ipso edicto contento condicto uel eciam allegato. ipsisq; reputatis per Nos eciam contumacibus decreuimus in causa ipsa - in eorum contumacia esse procedendum - quia causa beneficalis est prout canonica Jura mandant - presentatisq; Nichilominus per ipsos presen-

tantes certis priuilegijs - documentis publicis. Institucionibus - et alijs Juribus et probacionibus in facto consistentibus - examinatisque per Nos non nullis testibus - coram Nobis legitime productis - per predictum presentatum per que bene et diligenter per Nos Visa et discussa. apte comperimus rationabiliter spectare et competere dictis Nobilibus Jus. patronatus. in ipsa Ecclesia sancte Marie. Ipsosque existere in possessione seu quasi locius Juris patronatus ipsius - et presentandi Rectorem seu perpetuum cappellanum ad ipsam Ecclesiam cum eam Vacare contingerit pro toto Jure patronatus Ipsius. Constitoque nichilominus Nobis legitime dictam presentacionem fuisse et esse infra legitima et canonica tempora factam - dictumque presbiterum Nicolaum fuisse et esse de legitimo matrimonio natum - et alias sufficientem et ydoneum - per quem credimus Jura ipsius Ecclesie firmiter augmentarij. Idcirco Nos qui supra Raynaldus Vaxallus Vicarius ut supra. Visis dictis petitionibus - omnibus que alijs in dicta causa actitatis - et sepius recensitis - premissam presentacionem - ut pote de persona ydonea et sufficiente legitime et canonice factam - Tenore presentencium canonice admittimus - et prenominatum presbiterum Nicolaum presentatum - ex nostro officio - in Rectorem seu perpetuum cappellanum - siue pro Rectore seu perpetuo cappellano dicte Ecclesie sante Marie - Jurium et pertinenciarum ipsius. . Instituimus et confirmamus - Curam et administracionem ipsius Ecclesie spiritualiter et temporaliter eidem presbitero Nicolao plenarie concedendo - Inuestientes ipsum presbiterum Nicolaum per nostrum Anulum - presencialiter et canonice de eadem - Amoto abiude quolibet Illicito detemptore - quem Nos eciam harum serie quantum de Jure possumus - Amouemus et pronunciamus Amotum. Comicientes Insuper harum serie - Venerabilij Viro presbitero Angelo de Martino de pastorano superius nominato - quatenus prefatum presbiterum Nicolaum uel eius procuratorem suo nomine - in corporalem possessionem seu quasi ipsius Ecclesie sancte Marie - Juriumque omnium et pertinenciarum eius - ponat et Inducat et defendat

Inductum - prefatoque presbitero Nicolao - de omnibus et singulis Juribus - fructibus - redditibus - prouentibus et obuentionibus ipsius Ecclesie sancte Marie faciat ab omnibus ipsius Ecclesie bona tenentibus Integre responderj - Recepto prius ab eodem Instituto - corporalj ad sancta dei euangelia Juramento obediencie reuerencie et fidelitatis prefato domino Archiepiscopo - et suis successoribus et officialibus eorum - et quod Jura ipsius Ecclesie manutenebit et defendet pro posse - nec ipsa alienabit - sed si siqua bona ad ipsam Ecclesiam pertinencia alienata Inuenerit uel distracta - ea ad Jus dominium et proprietatem dicte Ecclesie legitime reuocabit - Juribus prefati dominj Archiepiscopi suorumque successorum in omnibus semper saluis - Reseruatis omnibus et singulis Juribus dictis patronis debitis et consuetis - Videlicet sex gallinis exhibendis - tribus siquidem in festo Sanctj Martinj - et alijs tribus in festo Natiuitatis dominj. ac alijs Juribus quorumcunque aliorum Jus habencium super dicta Ecclesia debitis per ipsum presbiterum Nicolaum Rectorem seu cappellanum Ecclesie supradicte. In quorum omnium et singulorum testimonium dictique presbiteri Nicolaj certitudinem et cautelam - presentes nostre Institutionis licteras - signo rotundo Archiepiscopalis Curie impendenti - nostreque proprie manus subscriptione communitas - eidem exinde duximus extendendas - et per Infrascriptum Notarium puplicum - nostreque Curie scribam - scribi et publicarj mandauimus et fecimus - Datum et actum Salernj. in maiorj salernitana Ecclesia. Anno. a Natiuitate dominj Millesimo quadracentesimo primo - Die tercio mensis Junij None Indictionis - Pontificatus sanctissimj in xpisto patris et dominj nostrj dominj. Bonifacij diuina prouidentia pape Nonj Anno duodecimo - presentibus Venerabilibus. et discretis Viris - presbiteris. Jacobo de Alduyno - presbitero fortunato de amato de Salerno. presbiteris et canonicis salernitane Ecclesie predicte - Masello mantho de Neapoli Canonico salernitano - solacio de Jullio de Neapoli - Notario Mathia de aulio de Salerno. et alijs testibus. ad premissa Vocatis et Rogatis.



Et ego Nicolaus brencola presbiter Salernitanus - publicus apostolica autoritate Notarius premissis Presentacionj. Institucionj. Inestiture et commissionj ac omnibus alijs et singulis supradictis - dum premissis modo agerentur et fierent per ipsum dominum Vicarium - una cum prenominalis testibus Interfuj. Ipsaque omnia - et eorum singula de mandato dicti dominj Vicarij - et ad requisicionem et rogatum ipsius presbiterj Nicolaj. ac per ipsius et quorum uel cuius Interest - et poterit in futurum. Interesse - certitudinem et cautelam scripsi et publicauj - et in . . . . formam reddegi presentesque Institutionis et confirmacionis licteras excripsi signoque et subscripcione ac nomine meis proprijs. Vna cum appositione sigillj Archiepiscopalis Curie et subscripcione proprie manus ipsius dominj Vicarij - autoritate apostolica supradicta. In premissorum testimonium consignauj. sub Anno die mense Indicione. pontificatu et loco predictis. presentibus testibus supradictis. Quod autem superius in Vno loco scriptum est inter virgulos seu perpetuum cappellanum. et alibj Notario - et in presenti mea subscripcione inter virgulos scriptum est certitudinem et cautelam. legatur non Vicio set obliuione scribendi ».

*Nos qui supra Raynaldus Vicarius supradictus predicta fate-  
mur et propria manu subscripsimus (a).*

CONCESSIONE DA LUI ESEGUITA DI UN TERRITORIO SITO NELLE  
ADIACENZE DI EBOLI A FAVORE DI UN INDIVIDUO DELLO STA-  
TO DI OLEVANO.

LXXX. Occorre tosto il ragguaglio di un'altra operazione del summentovato arcivescovo. Un individuo dello stato di Olevano per nome Corrado Manfrido aveva acquistato diritti alla sua riconoscenza per segnalati seruigi a lui ed alla sua Chiesa con assiduità ed operoso zelo resi e prestati, e volen-

(a) Arc. III, num. 246.

do egli compensarnelo convenientemente, nell'anno 1402 passò a conferirgli a titolo di feudo un territorio seminatorio ed arbustato esistente nelle pertinenze di Eboli, con imporgli il semplice e nudo peso dell'annua offerta di due ceri nella solennità della traslazione delle venerande reliquie del protettore Apostolo. L'atto di tal concessione fu ne' seguenti termini espresso — « Bartholomeus dei et apostolice sedis gratia Archiepiscopus Salernitanus - Dilecto nobis in xpo Corrado de Manfrido de Terra nostra Olibani nostre Ecclesie Vaxallo et fidei dilecto - Grata et accepta seruicia per te nobis et nostre Ecclesie sollicite prestita prestas ad presens et prestare non cessas sollicitudine indefessa - nullis parcendo personalibus laboribus et periculis - Nos excitant et Inducunt ut tibi manus nostre gracie aperiamus beneuolas et benignas. Hinc est quod deducto nouiter ad audienciam nostram quod nobis et nostre Ecclesie legitime deuoluto quodam Territorio seminatorio cum querqubus et oliuis posito in territorio Ebuli - Vbi dicitur Castelluczo iuxta flumen - iuxta Territorium sancti Petri de Ebulo - bona sancte Marie de Ebulo - Viam publicam et alios confines - Quod quidem Territorium fuit et est consuetum - per Nos - seu per Predecessores nostros concedi in pheidum. Ea propter Tibi tuisque heredibus - de tuo corpore legitime descendentibus prefatum Territorium cum omnibus Juribus et pertinencijs suis - presencium tenore in pheidum concedimus et inpheidamus teque de illo per nostrum Anulum Inuestimus - melioribus modo Jure et forma quo uel quibus possumus et Valemus - Ita quod tam tu quam heredes tui predicti tenearis siue teneantur reddere Annis singulis nobis et nostre Ecclesie inperpetuum in festo translacionis Beati Matthei apostoli et Euangeliste absque alia diminucione requisicione et occasione quacumque in Canulis de cera libras duas. Insuper concedentes tibi quod possis et Valeas Vigore presencium auctoritate propria corporalem possessionem dicti Territorij corporaliter adipisci. Ipsumque Territorium in pheidum tenere et possidere ipsiusque fructus et Jura percipere et recolligere

et habere - Amoto abinde quolibet illicito detemptore quem nos eciam harum serie quantum de Jure possumus Amouemus et denunciamus Amotum prefato Censu siue Redditu ac omnibus alijs Juribus nobis et nostre Ecclesie debitis et debendis nobis et nostre Ecclesie quoquomodo propterea semper saluis. In quorum omnium et singulorum testimonium atque fidem has nostras concessionis lieteras tibi exide fierj fecimus - subscriptione manus nostre proprie et nostri Pontificalis sigilli impensione muniri.

Datum Salerni in nostro Archiepiscopali Palacio. Sub anno Natiuitatis Dominj Millesimo quadricentesimo secundo - die primo mensis Maij Decime Indicionis. Pontificatus Sanctissimj in xpisto patris et Domini nostri dominj Bonifacij diuina prouidencia pape Noni Anno Terciodecimo ».

*Nos Bartholomeus Archiepiscopus salernitanus predicta fatemur et propria manu subscripsimus (a).*

DISPOSIZIONE DEL RE LADISLAO RELATIVA AL CASTELLO  
DI OLEVANO, APPROVATA DA PAPA GREGORIO XII.

LXXXI. Dal pontificato di Bonifazio nono di cui si fa menzione nel predetto documento, conviene tosto far passaggio a quello di Gregorio duodecimo per rinvenire altra notizia appartenente al governo di Bartolomeo di Aprano. Mentre dimorava esso papa in Gaeta, asilo a lui aperto dal re Ladislao, quando per la seguita elezione di Alessandro V al quasi solo reame di Napoli rimase la sua ubbidienza ristretta (b), ricevè una petizione da parte di due individui, chiamati Antonello e Paolo, di Fusco. Avevano costoro sborsata la somma di mille once di argento al re Ladislao, per dover servire,

(a) Arc. III, num. 247.

(b) Aveva de' fautori anche negli stati de' Malatesta, nel Friuli, nella Baviera ed in altre poche contrade.

destituit et Indebite expoliauit. Quod quidem feudum sic Vicio Expoliacionis Affectum ipso Vicio non purgato post modum certo modo peruenit Ad manus Virorum nobilium Johannelli coppule de salerno et quondam francisci de gayano de sancto seuerino militis et post Eiusdem francisci mortem Ad manus Rogerij filij francisci predicti ipsumque feudum prefati Johannellus et rogerius tenent et possident de presenti percipiendo et Exinde percipi faciendo Jura fructus redditus et prouentus Illius in Eiusdem reginalis cappelle manifestum preiudicium Atque dapnum Qua propter quia ad nos spectat Ecclesias et presertim dictam Reginalem maternam cappellam In suis Juribus et A cunctis Indebite Violencijs et oppressionibus releuare Actendentes que propterea quod spoliatis Iniuste est celeris restitucionis beneficio succurrendum. Volumus et tibi tenore presencium de certa nostra sciencia commictimus Atque Expresse precipimus et mandamus quatenus statim Visis presentibus Vocatis quj fuerint Euocandj et constituto tibi de Expoliacione predicta summarie quidem simpliciter et de plano sine strepitu forma et figura Iudicij oblacione libellj et contestacione litis solum substantia videlicet Inspecta omni leuato Velo ac extra Judicialiter cogniturus et processurus solum modo super mero possessorio prefatam cappellam sancti Iohannis baptiste aut Alias eius nomine in corporalem possessionem dicti feudj eiusque Jurium pertinenciarum Auctoritate presencium reponas et Inducas seu reponj et induci mandes et facies realiter et cum effectu Amoto Ab inde dicto Johannello et rogerio et Alijs dicti feudj detemptoribus quibuscumque executurus realiter et cum effectu Antequam scilicet quam recedas Ab hac ciuitate nostra Auerse In qua presencialiter moram trahis omni excepcione et excusacione Amfractu et cauillacione remotis conseruatorijs nostris litteris prefatis detemptoribus per In Aduertenciam concessis cum nostre Intencionis tunc minime fuerit nec ad presens existat per predictas litteras dicte reginali cappelle preiudicium Aliquod generarj proximis diebus concessis nullatenus obstituris Si uero prefatus comes

Aut predicti Johannellus et rogerius Aut quicumque Alij Jus Aliquod super dicto feudo et suis Juribus habere se credunt Illud si voluerint post restitutionem eandem coram competenti Judice Via ordinaria prosequantur ipsa que prefati feudi restitutione secuta predictam reginalem cappellam Aut alios eius nomine super eiusdem feudj possessione Jamdicta quamdiu domini scilicet Illius Juxta causa durauerit Justi fauoris presidio manuteneas protegas et conseruas non permissurus dictam cappellam aut predictos Alios eius nomine tenentes et possidentes super possessione Jamdicta per dictum comitem seu per dictos Johannellum et rogerium Aut quosuis Alios turbatores Illicitos molestari Impeti aut quoquomodo Vexari audent et audentes per penarum Impositiones et exaciones earum si in Illas Inciderint Aliaue Jura opportuna remedia que Ad id melius videris expedire Vigore presencium fauorabiliter cohibendo pecuniam uero totam quam ex dictarum commissione penarum forsitan exigere contingeret Ad nostram cammeram destinare procure significaturus nobis totum processum quem habendum duxeris in premissis presentes Autem litteras magno pendenti nostro sigillo munitas tibi propterea dirigendas quas post debitam executionem earum per cautelam restitui Volumus presentanti. Datum Auerse in Absencia locothete et protonotarij regni nostri sicilie per Virum nobilem Johannem de forma de pedimonte comitem nostre summarie rationalem locumtenentem dicti locothete et protonotarij consiliarium et fidelem nostrum dilectum Anno domini Millesimo quadringentesimo Vicesimo sexto die Ultimo mensis Julij quarte Indicionis regnorum nostrorum Anno duodecimo Johanna regina de mandato reginalj cum deliberacione consilij. Post quartum reginalium litterarum commissionis nostre presentacionem Volentes reginalibus ipsis hobedire mandatis pro ut in hijsdem Iniungitur et mandatur statim Absumpsimus Ad scribendum in actorum notarium omnia Acta Actitata et Actitanda in causa predicta et notarium bartholomeum de campania de pulcino regia Auctoritate pro totum regnum sicilie publicum notarium



ydoneum sufficientem et fidelem ac legalem presentem et Volentem et de inde de mandato nostro Vigore dictarum reginalium litterarum citari fecimus predictum Johannellum copulam de salerno et rogerium de gayano de sancto seuerino cum Inserta forma dicte reginalis commissionis Ad Instanciam eiusdem procuratoris fiscalis et dicte domine regine ut In certo termino coram nobis comparere debuissent In ciuitate Auerse Ante Ecclesiam sancti loysij eiusdem ciuitatis loco vtique per nos electo a iure reddenda super causa predicta dicto procuratorj dicte reginalis curie seu fissi de Jure respondere super predictis Juxta predictarum litterarum dicte nostre commissionis continenciam et tenorem Quo termino veniente comparuit Rogerius de gayano tam suo proprio nomine quam procuratorio nomine et pro parte Johannellj coppule de qua procuracione nobis euidenter ostendit presentauit et plenariam fidem fecit et nobis constitit euidenter per quoddam publicum Instrumentum procuracionis exinde factum et quamdam petitionem coram nobis olim die quarto decimo mensis Augusti dicti anni quarte Indicionis proxime preterite obtulit et presentauit tenoris subdicte. Coram vobis magnifico domino Georgio de Alamania comite pulcini sancti Seuerinj officiali ac asserto ad infrascripta reginalj commissario exponit rogerius de gayano de sancto Seuerino tam suo proprio nomine quam procuratorio nomine et pro parte Johannellj coppule de Salerno dicens quod pridie dominacione emanauit citacionis edictum sub serie subsequenti Nos georgius de Alamania etc. Verum quia Ante tempus et tempore dicte emanacionis citacionis et vsque nunc et nunc similiter dicta pars feudj quam asseritur seu ascribitur tenere et possidere dictum rogerium Veritate tenere et possidere per franciscum de gayano Infantulj etate sistentem filium legitimum et naturalem Ac heredem et successorem quondam roberti de gayano filij primogeniti quondam domini francisci quj ratione prime geniture in dicta medietate feudj Integraliter successit et a morte ipsius domini francisci quondam robbertus ipse tenuit et possedit di-

ctam medietatem dicti feudj usque ad tempus et tempore mortis sue et post ipsius mortem eandem partem dicti feudj tenuit et possedit domina liscia de sancto barbaro relicta quondam dicti domini francisci ac tutrice et auia dicti francischelj nomine et pro parte eiusdem nepotis suj vna cum alijs contutoribus eiusdem infantis— Cuius rei causa prefatum rescriptum dignoscitur Impetratum tacite veritatis quoniam in eodem nulla fuit facta mencio de dicto Infante cuius causa de Jure delegarij non potest cognoscenda extra terram seu prouinciam ipsius Infantis pupillarj priuilegio obstante et sic presumendum est quod si dicta domina regina noticiam habuisset de predictis dictam causam non commisisset cognoscendam hic Auerse set in dicta terra sancti seuerinj quoniam satis esset laboriosum et dampnosum eidem Infanti si dicta causa sic cognosceretur Insuper eciam prefatus exponens opponit contra dictam citationem qualiter prefatus notarius Nicolaus assertus procurator non est legitimus constitutus quoniam de Jure nullus potest constituere procuratorem nisi sit dominus cause cuius causa de qua agimus dominus seu jus mittendi spectat et pertinet ad cappellanos dicte cappelle nec ipsa domina Regina potest pro ipsa cappella agere quoniam ipsa super ipsa cappella prefata domina regina nullum ostendit jus patronatus set si quod habuit transtulit in illustrem principem salernitanum secundum quod magnifeste patet per ipsius maiestatis priuilegia et propterea supplicatur pro parte ipsorum exponencium quatenus constito de predictis taliter quod sufficiat dignetur vestra dominacio declarare prefatum rescriptum emanatum fuisse tacita veracitate et dictam citationem eosdem exponentes non artare ad respondendum prefato asserto procuratorj ymmo relaxandos fore ab instantia dicte emanate citationis Et hanc eorum petitionem etc. Et ad predicta petiuit etc. Qua quidem petitione oblata declaratum fuit per nos Judicem delegatum fore et esse procedendum ad anteriora in dicta causa principalj non obstante petitione predicta et reseruauit dicto rogerio pro se et quo supra nomine predicta ponendj excipien-

dj et probandj et discuciendi In prosecucione cause predictae  
 Et ipso eodem die Videlicet decimo quarto dicti mensis Au-  
 gusti dicti Anni quarte Indicionis notarius nicolaus damianus  
 procurator procuratorio nomine et pro parte fisci et dicte  
 domine regine presens coram nobis apud Acta dicte cause  
 quemdam libellum produxit et presentauit et erat per omnia  
 tenoris subdicti - Coram Vobis domino georgio de Alamania  
 Comite pulcinj officiali sancti seuerinj etc. Ad Imfrascripta per  
 sacram reginalem maiestatem Iudice delegato et commissario  
 deputato exponit notarius nicolaus damiano de neapoli pro-  
 curator procuratorio nomine et pro parte Serenissime domine  
 domine Johanne secunde dei gratia hungarie Jerusalem et si-  
 cilie Regine etc. Cuius Interest per Imfrascripta causa discu-  
 ciatur terminetur contra nobiles Viros Johannellum coppulam  
 de salerno et Rogerium de gayano filium et heredem quon-  
 dam domini francisci de gayano de sancto seuerino procura-  
 torem procuratorio nomine et pro parte dicti Johannellj ac  
 tutorem tutorio nomine et pro parte francisci de gayano pu-  
 pillj filij et heredis quondam roberti de gayano primogeniti  
 quondam domini francisci de gayano nec non contra quam-  
 libet aliam personam pretendentem habere Jus ad imfrascriptam  
 causam et eorum procuratorem et quemlibet ipsorum dicens  
 quod olim dum clare memorie Serenissima domina domina  
 Regina margarita Reuerendissima mater ipsius domine Regi-  
 ne Johanne secunde in humanis ageret dedit et concessit Re-  
 ginalj cappelle sancti Johannis baptiste constructe Intra maio-  
 rem Ecclesiam salernitanam feudum sirignanij situm in per-  
 tinentiis sancti seuerinj de prouincia principatus Ultra ad ipsam  
 tunc spectans pro celebrandis missis et diuinis officijs in cappel-  
 la prefata In remissionem peccatorum suorum et antecessorum  
 et successorum eius prout In licteris ipsis domine regine mar-  
 garite concessis dicte cappelle continetur quarum licterarum  
 Vigore dicta cappella cepit et apprehendit corporalem posses-  
 sionem feudj predicti Ipsumque feudum tenuit et possedit certi  
 temporis spacio percipiendo et percipi faciendo Jura fructus

redditus et prouentus ex eodem et dum ipsa cappella esset  
 in possessione feudi predicti cum Jure et pertinentiis suis ma-  
 gnificus Vir Thomas de sancto seuerino Marsici et sancti se-  
 uerinj comes. suis Juribus non contentus Cupiens ad aliena  
 Illicite extendere manus suas dictam reginalem cappellam In  
 cuius patronatus Jure dicta domina Regina Johanna secunda  
 tamquam filia et heres dicte quondam domine regine margarite  
 successit et succedere vult et potest et cuius Interest posses-  
 sionem dicti feudj ad dictam Ecclesiam aduocare tenuta et  
 possessionem feudj predicti Auctoritate propria ac violenter et  
 de facto destituit et indebite spoliavit seu ammonit Quod qui-  
 dem feudum sic Vicio spoliacionis affectum et ipso Vicio non  
 purgato certo modo peruenit ad manus dictorum Johannelli  
 et francisci filij quondam roberti primogeniti dicti quondam  
 domini francisci de gayano Ipsumque feudum prefati Johan-  
 nellus et franciscus et quilibet eorum tenuerunt et possiderunt  
 ac tenent et possident percipiendo et percipi exinde facien-  
 do Jura fructus redditus et prouentus ex eodem Indebite et  
 Iniuste In eiusdem reginalis eappelle preiudicium atque dap-  
 num spacio Annorum quinque uel circa Ascendentibus fructibus  
 ipsius ad summam et Valorem Vnciarum Aurj viginti quinque  
 per annum - Et quia spoliatus iniuste est celeris restitutionis  
 beneficio succurrendus per predictum procuratorio quo supra  
 nomine Instantem petit a Vobis ex dicta reginali commissione  
 quod summarie simpliciter et de plano ac extra Judicialiter  
 constituto Vobis de predictis taliter quod sufficiat pretermissa  
 omni dilacione et cauillatione et excepcione Juxta tenorem  
 Vestre commissionis prefatos Indebitos possessores et quemli-  
 bet ipsorum seu eorum procuratores pro se sententialiter con-  
 depnarj et condepnatos cogi et compelli ad restituendam pos-  
 sessionem feudi predicti cum Jure et pertinentijs suis predictis  
 et cum fructibus supradictis dicti Valoris si extant et si non  
 extant dictum eorum Valorem prefate cappelle seu dicto pro-  
 curatori nomine ipsius cappelle pro celebrandis missis et of-  
 ficijs in cappella prefata et alias sibj ministrarj et fierj in

predictis et circa predicta pleni roboris et expedite Justicie  
 complementum solum substantia veritatis inspecta prout Vobis  
 mandatur In fauorem Ecclesiarum secundum Jura saluo Jure  
 etc. Et hanc petitionem et ad predicta - et petit expensas eo-  
 dem die eiusdem Ibidem similis libellus oblatus fuit per dictum  
 Judicem delegatum. . commissarium predicto rogerio tam suo  
 proprio nomine quam per dictum rogerium pro se nomine quo  
 supra coram dicto Judice delegato presentes et Voluntarie di-  
 ctum Juramentum calupnie prestantes eodem die predicto Ibi-  
 dem predictus Rogerius cum suo proprio nomine quam no-  
 mine quo supra presens In Judicio coram dicto commissario  
 et apud acta cause predictae et Interrogatus per eundem com-  
 missarium sub religione presens per vim prestili Juramen-  
 ti litem contestando et animo contestandi litem super tenore  
 dicte petitionis seu libellj respondit Ignoravit posita in di-  
 cto libello prout posita sunt saluis Juribus et defensionibus  
 suis Et protestatus fuit de ineclitudine dicti libellj eodem die  
 eiusdem Ibidem datus fuit per dictam curiam terminus dictis  
 procuratoribus ambarum parcium productarum ad ponendum  
 et probandum nec non producendum testes Instrumenta et  
 cautelas et alias siquas producere haberetur in causa predicta  
 peremptorius coram dicto commissario Veniendo et proce-  
 dendo In causa predicta quatenus de Jure fuerit dierum Vi-  
 ginti eodem die eiusdem Ibidem de voluntate dictorum pro-  
 curatorum dictarum ambarum parcium cõmissa fuit per  
 eundem Judicem delegatum audiencia testium Venerabilibus  
 Viris fratri francisco dei gratia Abbati monasterij sancte ma-  
 rie de Tebenna et nicolæo de Aprano de neapoli producendo-  
 rum per partes easdem seu alteram ipsarum in causa eadem  
 eodem die eiusdem Ibidem predictus rogerius presens coram  
 dicto commissario et apud acta dicte cause proprio nomine  
 et tutorio nomine constituit et procuratorio nomine substituit  
 procaratorem suum in causa predicta et prosecucione ipsius  
 notarium Antonellum de lausano de Auersa Absentem tamquam  
 presentem cum omni qua conuenit potestate et promisit de

rato et rali habicione In forma debita et consueta Infra quem quidem terminum ad ponendum et probandum ut predicatur datum predictus notarius Nicolaus quo supra nomine presens in Iudicio et coram dicto commissario et apud acta dicte cause quamdam petitionem produxit et presentauit Tenoris subscripti. Coram Vobis magnifico domino domino georgio de Almania comite pulcinj etc. Ad infrascripta per sacram reginalem maiestatem Iudice delegato et commissario deputato exposuit notarius Nicolaus damianus de neapoli procurator procuratorio nomine et pro parte serenissime domine domine Johanne secunde dei gracia hungarie Jerusalem et sicilie Regine etc. Cuius Interest quod Infrascripta causa discuciat et terminetur - dicens quod dicta Sacra maiestas commisit Vobis per suas patentes licteras tam motam per ipsam maiestatem cuius Interest seu eius procuratorem nomine et pro parte cappelle sancti Johannis baptiste constructe Intra maiorem Ecclesiam salernitanam contra Johannellum coppulam de salerno et rogerium de gayano filium et heredem quondam francisci de gayano de sancto seuerino et quemlibet ipsorum et eorum procuratores pro eis de et super spoliacione feudj saragnyanj siti in pertinencijs sancti seuerinj olim concessi dicte cappelle per clare memorie quondam dominam reginam margaritam dicte domine regine Johanne secunde matrem pro celebrandis missis et dicendis diuinis officijs pro animabus sua et antecessorum et successorum suorum quod feudum dicti conuenti tenent et possident Vicio expoliacionis affecto et ipso vicio non purgato Indebite et Injuste recipiendo Jura fructus redditus et prouentus ex eo super qua causa nouiter est data peticio Vobis contra prefatos Indebite possessores et debens procedere Juxta formam commissionis Vestre summarie etc. ac extra Judicialiter et eleuato velo solum substancia veritatis Inspecta - Verum quia dictus procurator quo supra nomine dubitat ne interim lite pendente fructus quj prouenient ex feudo prefato percipiantur per prefatos Indebite possessores dicti feudj et percepti distrahantur et conseruentur In dapnum dicte cap-

pelle et preiudicium manifestum prout eciam sunt percepti et distracti alij fructus percepti per dictos Indebitos possessores pro temporibus preteritis propterea prefatus procurator quo supra nomine Volens dicte parti sue precauere pro ut a Jure sibi permiclitur petit a Vobis Vestrum super hoc officium Implorando quatenus fructus omnes ex dicto feudo prouenientes et prouenturos ex nunc in antea annotetis et annotare mandetis et describere faciatis conseruandos per prefatos Indebitos possessores feudi prefati nec non ipsos prefatos Indebitos possessores dicti feudj et quemlibet ipsorum prout Jura volunt et mandant ex vestro officio cogatis et compellatis ad ydonee cauendum per sufficientes fideiussores de conseruandis dictis fructibus et non distrahendis nec consumandis ac restituendis in casu quo succunberent iu causa prefata procuratori predicto nomine et pro parte cappelle predictae et alias sibj in premissis et circa premissa ministrarj et fierj Justicie complementum et ad predicta petit se admicti dictus procurator quo supra nomine omni Via et Jure causa modo et forma quibus magis et melius ad predicta admicti potest et debet et hanc suam petitionem petit Idem prout in actis vestris dicte cause ponj reddigi et Inscribj ad suj cautelam. Eodem die dicta peticio admissa fuit per dictum Judicem delegatum si et in quantum de interim admicti potest et debet et deinde nero die quartodecimo mensis Augusti dicti anni quarte Indicionis dictus notarius nicolaus quo supra nomine procurator coram dicto commissario et aput acta dicte cause obtulit et presentauit coram commissario predicto aput acta cause predictae quasdam reginales licteras eius paruo sigillo sigillatas in serie subsequenti. Johanna secunda dei gracia hungarie Jerusalem et sicilie regina etc. Magnifico Viro Georgio de Alama-  
nea comiti pulcinj officialij terre sancti Seuerinj etc. consiliario et fidelj nostro dilecto gratiam et bonam Voluntatem - Quia nouiter tibj causam possessorij cuiusdam feudj sari-  
guanj siti in pertinentijs sancti seuerinj olim concessi et donati per quondam reuerendissimam dominam Margaritam no-

stram genitricem cappelle sanctis Johannis baptiste site Intra maiorem Ecclesiam salernitanam - Et quia ad nostram peruenit noticiam quod in facto in commissione predicta per nos tibi facta erratum seu obmissum fuerit Et quia in nostra predicta commissione dicebatur quod peruenit feudum ipsum ad manus Virorum Nobilium Johannelli coppule de salerno et quondam francisci de cayano de sancto seuerino milite Et post eiusdem francisci mortem ad manus rogerij filij francisci predicti et prout alias lacijs in dicta nostra commissione tibi facta continetur. Verum asseritur non rogerium ipsum dictum feudum suo nomine possidere set ipsum feudum possiderij per ipsius rogerij nepotem filium suum fratris francisci primogeniti succedentis in feudo predicto. Et lisam de sancto barbaro tutricem et baliam fuisse predicti francisci et esse - Nos autem nolentes propter cauillationem Aduocatorum et procuratorum Veritatem ac Justiciam occultarij motu proprio ex certa nostra sciencia Tenore presencium expresse comunicimus et mandamus quatenus in dicta causa Justa Tenorem nostrarum premissarum tibi commissionis licetarum directarum procedere possis et valeas super dicta possessorij causa siue possessio dicti feudi ad manus et potestatem predictorum Johannellij et rogerij suis eorum proprijs nominibus peruenerit tenuerit ac teneatur siue ad ipsos aliorum seu alterum ipsorum aliorum quorumcumque nominibus siue tutorio siue cuiuscumque administracionis causa nec non procedere debeas contra dictam lisam de sancto barbaro tutricem et baliam ut asseritur dicti francisci tutorio et baliatorio nomine ipsius francisci ac contra ipsum franciscum - Itaque in dicta causa possessorij procedere possis et valeas Juxta dictarum nostrarum licetarum continenciam et tenorem sentencie contra predictos siue aliquoscumque Inueneris possessores dicti feudj non obstante quod miserabiles et priuilegiata persone existant nostre enim Intencionis existit Veritatem et puram et meram dicte cause Viderij debere et non per cauillationes et supertugia procedere Ita quod tibi constituto de possessione dicte cappelle et



spoliacione per quoscumque facta restituji facias possessionem dicti feudj Judicialiter dicte cappelle et alias prout in dietis nostris commissionis licteris tibi factis lacius et seriosius continetur ac si predicta omnia in predictis tibi commissionis nostris licteris expresse denotata fuissent presentes autem licteras anulo nostro serie communitas tibi propterea dirigentes remansuras si expedierit vsque ad illarum exequcionem debitam presentanti ac valituras proinde si magno nostro sigillo pendente sigillate forent et alijs sollempnitatibus nostre curie roborate edicto et capitulo regnj de non admittendis cedulis et quibuscumque alijs fauentibus in Aduersum non obstantibus quoquomodo datum In castro nostro ciuitatis Auerse sub eodem anulo nostro secreto die duodecimo mensis Augusti quarte Indicionis. J. regina. Quibus quidem licteris reginalibus ut predicatur presentatis fuerunt per eundem dominum commissarium cum omni debita reuerencia qua decet recepte et admisse si et in quantum de Jure recipi et admitti potuerunt et debuerunt eodem die quartodecimo eiusdem ibidem Ciccus Romanus de sancto seuerino tam suo proprio nomine quam nomine et pro parte Imfrascriptorum presens coram dicto commissario et apud acta dicte cause quandam petitionem presentauit tenoris subdicti. Coram Vobis Magnifico domino georgio de Alamanca comiti pulcinj ad imfrascripta per sacram reginalem maiestatem Iudice delegato et commissario deputato exponit Ciccus romanus de sancto seuerino tam pro se et proprio nomine quam ut procurator et procuratorio nomine quod et pro parte Guerre braca<sup>l</sup> terreraymi serignan<sup>j</sup> dictj russi falconj de barra Antonellj Galatinj Melchionis celentani ut tutoris heredum quondam Mathei Cepparij bartholomei greci Villan<sup>j</sup> braca blasullj Villan<sup>j</sup> Minci troysij de Aqua malorum dicens quod pridie tam ipse exponens quam prefati principales constituentes fuerunt requisiti coram Iudice notario et testibus per Johannellum coppulam et hectorem de cuyano tamquam natum carnalem francisci de cayano pupillj filij et heredis quondam roberti de cayano primogeniti quondam de

mini francisci de cayano militis Auj ipsius pupillj et cum ipse Johannellus coppula de salerno et prefatus quondam franciscus de cayano Auus dicti pupillj emissent a magifico domino Thomasio de sancto seuerino comite Marsici et sancti seuerinj feudum sirignanij situm in pertinentijs dicte terre sancti seuerinj pro certo pretio Inter eos statuto In cuius possessione persistunt et ipsi procurator et constituentes predicti posuerint se fideiussores ad defendendum dictum feudum ab omnibus hominibus et personis et obligauerunt se et eorum bona ad certam penam et renunciauerunt et iurauerunt ad sancta dei Euangelia prout in quodam publico Instrumento asseruerunt plenius continerj. Et nouiter ipsi Johannellus et franciscus pupillus Impetantur et molestentur ac ad Iudicium euocati sint coram Vobis ex reginalj commissione super possessione restituenda dicti feudi quod asseritur spectare ad cappellam sancti Iohannis bacte constructam Intra maiorem Ecclesiam salernitanam per clare memorie dominam reginam Margaritam donatum ipsi cappelle per eam quatenus deberent ipsi omnes fideiussores comparere coram Vobis ad defendendum eosdem emptores prout promiserunt in asserto Instrumento predicto - qua propter dictus procurator pro se et quo supra nomine coram Vobis comparet et dicit exponit et allegat excipiendo quod si appareat dictos procuratores et constituentes et quemlibet eorum pretensos fideiussores ut asseritur fideiussisse ipsa fideiussio si facta fuisset prout quomodo facta fuit per vim et melum et dicti procurator et constituentes tunc fuerunt coacti per dictum dominum comitem sancti seuerinj tunc dominum eorum quj potius seueibat in suos Vaxallos quos gubernabat ad dictam fideiussionem faciendam et tunc posuit in carceribus quemdam matheum grecum de sancto seuerino Vaxallum suum quj fugerat ad ciuitatem salernj quia noluit fideiubere pro defensione dicti feudj et ibidem eum cepit et tam diu eum tenuit in carceribus quousque dictus comes extorsit ab eo ducatos quinquaginta uel circa nec non aggressus fuit et persecutus dictus comes

tunc Augustinum de marj vaxallum suum cum ense euaginato causa eum Interficiendj ex eo quod fideiubere noluit pro dicti feudj defensione qua propter fideiussio ipsa de Jure non valet neque valet tamquam Vi metune facta quam ipsi procuratores et constituentes asserti fideiussores verisimiliter timebant mortem et cruciatus corporis si non fideiuebant quia Austerus erat et est comes prefatus timuerunt eciam ipsi asserti fideiussores ex eo quod dictus falconus barra cum tunc recomendasset dicto domino comiti dictum matheum grecum prefatus comes capiens cingulum suum apposuit eum ad guctur dicti falconj et voluit suffocare et stranguliare et nichilominus quod dictus comes sine assensu dicte reginalis maiestatis dictum feudum vendidit propterea vendicio nulla et fideiussio prefata non valet nec tenet nec ipsi asserti fideiussores ad aliquam tenentur penam uel ad iuramentum in dicto actu appositos Juxta formam constitucionis regnj que incipit constitutionem bone memorie Qua propter dictus procurator pro se et quo supra nomine petit quod constito Vobis ex delegacione predicta taliter quod sufficiat ipsum procuratorem quo supra nomine et dictos principales absoluere et liberare ab inpetracione predicta et decernere et declarare ipsum procuratorem pro se et quo supra nomine et dictos principales ad dictam defensionem minime tenerj nec obligatos esse non obstante Juramento prefato et obligacione predicta prout in dicto Asserto Instrumento dicitur continerj et ipsum assertum Instrumentum non valere cum de Jure non teneatur et dictum Instrumentum non valeat obstante metu et vi predictis que dictus procurator pro se et quo supra nomine offert se probaturum non abstringens se ad omnia probanda nisi ad ea tantum que releuare causam suam predictam Et alias petit ministrarj et fierj sibj Justiciam expeditam secundum Jura saluo Jure etc. Et hanc suam petitionem petit predictus procurator quo supra nomine In actis dicte cause ponj et scribj ad eius pro se et quo supra cautelam. Et ad predicta petit se admicti omni Via Jure causa modo et forma quibus ad ipsa

melius actius et de Jure admitti potest et debet. Item petit expensas factas et protestatur de faciendis eodem die eisdem Ibidem dictus ciccus presens coram dicto commissario et apud acta dicte cause tam suo proprio nomine constituit quam procuratorio nomine substituit in causa predicta Notarium nicolaum damianum ibidem presentem et onus huiusmodi procurationis in se suscipientem cum omni qua convenit plenitudine potestatis habens ad id plenariam potestatem de constituentibus eorundem et promisit de rato et rati habicione In forma debita et consueta - Eodem die prefatus procurator interrogatus a predicto rogerio procuratore et tutore ut supra si vellet Judicium dicte cause subire in se quo supra nomine suis proprijs sumptibus et expensis ipsumque victorem et paciore fauorem pro ut promisit et requisitus respondit prout in sua petitione continetur et ipso procuratore Instante et petente sibj darj terminum ad probandum contenta in petitione predicta quj commissarius dictam causam et petitionem remisit ad dictum Abbatem de thelegna cuj dicta sacra reginalis maiestas commiserat causam ipsam examinandam prout constat per licteras ipsius sacre reginalis maiestatis Imfra quem quidem terminum ad ponendum et probandum datum productum pro parte dicti notarij nicolai presentatis quo supra nomine non nullis articulis suo die In causa predicta et per predictum notarium Antonellum de Auersa non nullis exceptionibus similiter suo die productis in causa predicta et similiter producti fuerunt per dictum notarium nicolaum procuratorem quo supra nomine Instrumenta duo publica et quedam lictera reginalis eiusdem secreto Anulo et sue proprie manus subscripta in causa predicta et per dictum rogerium quo supra nomine similiter duo alia Instrumenta publica producta fuerunt in causa predicta imfra eundem terminum datum ad probandum. demum uero die tercio mensis septimi anni quinte Indicionis proxime preterite Jacobus gallus de salerno intimus eius domini Abbatis de Telena et nicolai de Aprano commissariorum deputatorum per eundem dominum Judicem delegatum super

examinatione testium producendorum de Voluntate parcium  
 predictarum presentavit coram dicto commissario et aput Acta  
 dicte cause Attestaciones et dicta non nullorum testium sigil-  
 latas sigillis dictorum commissariorum que recepta fuit et ad-  
 missa si et in quantum de Jure admitti potuit et debuit Et  
 de Inde die quinto eiusdem mensis dicti Annj quinte Indicio-  
 nis de Voluntate predictorum procuratorum ambarum parcium  
 predictarum presencium In Judicio coram dicto domino com-  
 missario et aput Acta dicte cause Volencium et petencium  
 omnium productorum et actitatorum hinc Inde In causa pre-  
 dicta per dictum commissarium publicacio facta fuit et datus  
 fuit terminus ad recipiendam copiam ex eisdem perhempto-  
 rius coram dicto domino commissario Veniendum et proceden-  
 dum quatenus de Jure fuerit dierum quinque die decimo eiusdem  
 mensis datus fuit per dictum dominum commissarium termi-  
 nus dictis procuratoribus Ambarum parcium predictarum pre-  
 sentibus coram eo et audientibus ad allegandum si allegare Vo-  
 luerint in causa predicta oretenus uel inscriptis dierum octo  
 de Inde die uero Vndecimo eiusdem mensis predictus notarius  
 nicolaus procurator quo supra nomine presens coram dicto  
 commissario et aput Acta dicte cause quamdam petitionem  
 presentavit Tenoris subdicti Coram Vobis magnifico domino  
 georgio de Alamanea comite pulcinj etc. Ad imfrascripta per  
 sacram reginalem maiestatem et commissario deputato et Ju-  
 dice delegato exposuit notarius nicolaus damiano de neapoli  
 procurator procuratorio nomine et pro parte serenissime do-  
 mine domine nostre Regine Johanne secunde cuius Inter est  
 quod Imfrascripta causa terminetur et decidatur dicens quod  
 dicta sacra reginalis maiestas Vobis commisit causam Xisten-  
 tem Inter ipsam reginalem maiestatem Actricem ex vna parte  
 eciam Agentem pro cappella sancti Johannis baptiste sita In-  
 tra maiorem Ecclesiam Salernitanam et Johannellum coppu-  
 lam et rogerium de cayano procuratorem ipsius Johannellj ac  
 tutorem tutorio nomine et pro parte francisci de cayano pu-  
 pillj filij et heredis quondam roberti de cayano primogeniti

quondam domini francisci de cayano de et supra Ingnovacione et spoliacione possessionis feudi sirignanj spectantis ad dictam cappellam et alijs prout In commissione exinde Vobis facta per dictam reginalem maiestatem plenius continetur. In qua quidem commissione continetur quod constituto Vobis de dicta Ingnovacione et spoliacione statim mandare deberetis dictam cappellam restari In possessione sua predicti feudi prenarrati Verum quod pridie facte sunt publicacio et apertura processus facti per Vos in causa predicta et datus fuit terminus ad recipiendam copiam per totum nonum diem presentis mensis Et quia per ea que dictus procurator vidit In productis et presentatis ac testificatis per partem aduersam in causa predicta ipsa pars aduersa conatur Intentare petitorium in dicta causa et ad illud conatus est facere examinare testes quod est contra commissionem Vestram ad quam nullam Jurisdictionem habetis nec eciam talis Examinacio Agenti possessorio obstat nec Admicti decet - Et propterea dictus procurator petit quod per Vos quantum ad dictum petitorium minime procedatis cum procedere non potestis neque debetis et in hoc dictus procurator in Vobis non consentit nec consentire Intendit Alias protestatur dictus procurator quo supra nomine quod si in predicto petitorio processerit quod non credit quod processus Vr in premissis habitus uel habendus tamquam nullus eidem exponenti quo supra nomine et dicte parti sue nullum possit preiudicium generari De quibus petitis et potestatis non recedit nec recedere Interdicitur per aliquem Actum hijs forte contrarium diuersum uel aduersum eciam si Inscriptis remanerent eidem Et ad predicta petit se admicti omni Via Jure causa modo et forma quo uel quibus ad ea melius apcius et de Jure admicti potest et debet Et hanc suam pelicionem petit dictus procurator quo supra nomine In actis dicte cause ponj reddigi et Inscrubj ad suj cautelam eodem die predicta peticio admissa fuit per dictum dominum commissarium si et Inquantum de Jure admicti potuit et debuit demum uero pro parte dictorum procuratorum Ambarum parcium predi-

clarum producte fuerunt coram dicto domino commissario non nulle Allegaciones suo die producte in causa predicta et demum uero die decimo nono mensis eiusdem Ibidem predicti procuratores Ambarum parcium predictarum presentes coram dicto domino commissario et asserentes se uelle reprobare omnes predictos testes contra eos vnus contra alium predictos cuj datus est terminus per dictum commissarium ad ponendum et offerendum Inscriptis quicquid eis competere putauit. Vnius cuiusque ipsarum ad releuam ordinariam extra ordinariam Anomalumve ac eciam falsitatis Insequetricem diem nec non ad probandum dicta ponenda per eos peremptorius coram dicto commissario Veniendum et producendum quatenus de Jure fuerit dierum octo Imfra que quidem in . . . num datum In dicta causa repulsa non fuit per partes ipsas in eadem causa repulsa aliquod positum atque probatum die quarto mensis octobris eiusdem anni quinte Indicionis de voluntate dictorum procuratorum dictarum Ambarum parcium presencium coram dicto Iudice delegato et petencium sponte In causa ipsa renunciauerunt et ad sentenciam concluderunt saluis Allegacionibus et delacione Juramenti. die Vicesimo quarto mensis eiusdem quinte Indicionis predictae propter absenciam dicti notarij barilji a dicta ciuitate Auerse et ad hoc ut causa ipsa finiretur nos qui supra dominus Iudex delegatus Assunsimus In alium magistrum Actorum ad scribendum omnia Acta Actitanda In causa eadem Circumspectum Virum notarium Johannem donatum gallam de salerno notarium publicum per totum regnum sicilie ydoneum et fidelem deinde uero die Vicesimo quinto eiusdem mensis octobris In reginalj castro Auerse Nos predictus commissarius relaccionem fecimus dilucidam et seriosam de toto processu cause predictae Magnificis Viris domino francisco dentice dicto naccharello de neapoli Vtiliter domino terrarum ysghitelle et pesquitice prouincie capitinate domino Andree de Iudice de neapoli Vtiliter domino terre Agropuli de prouincia principatus citra Militibus ac baronibus feudatarijs baronias et pheuda In mediate et In capite

A reginalj curia in regno tenentibus quj Jurati ad sancta dei Euangelia corporaliter tacta Juxta sacrarum regnj constitucionum tenorem secundum eorum puram conscienciam consulere et dicere Veritatem de eo quod eis Videretur fore agendum super causa premissa habito prius Inter se ac cum alijs juris peritis super hijs consilio diligenter que Viso processu et diligenter Inspecto per merita ipsius constitit et constat nobis prefatis baronibus prefatum notarium Antonellum procuratorem dictorum conuentorum et ipsos conuentos condepnandos fore et condepnarij ad restituendum traddendum et assignandum ipsi sacre reginalj maiestati nomine et pro parte Ecclesie siue cappelle sancti Johannis baptiste constructe Intra maiorem Ecclesiam salernitanam Itaque possessio realiter perueniat ad predictam cappellam nec non ad dandos traddendos restituendos et assignandos dicte sacre reginalj maiestati seu dicte cappelle fructus prouenientes ex dicto feudo a die primo mensis Augusti proximj preteriti Annj quarte Indicionis reseruato Jure spectante ipsis partibus super feudo predicto Et commiserunt nobis prefati barones quod loco et Vice eorum sentenciam huiusmodi proferamus Vices eorum nobis In isto taliter commictentes. Vnde Nos qui supra Georgius de Alamanea pulcinj comes etc. Ad imfrascripta per sacram reginalem maiestatem Judex delegatus seu commissarius specialiter deputatus Visis et diligenter Inspectis tocius predicte cause meritis et processu habitoque super hijs Vna nobiscum quam plurimum Jurisperitorum consilio diligenti per Ea que Vidimus et cognouimus et inspeximus Animumque nostrum mouerunt et mouent ac mouere possunt et debent animum cuiuslibet recte Judicantis et deum timentis. Quia pro parte dicti notarij nicolai de damiano procuratoris procuratorio nomine et pro parte dicte serenissime domine nostre domine regine Johanne secunde fuit et est taliter probatum quod eis sufficit ad dicte cause victoriam reportandam nec pro parte dicti rogerij procuratoris et tutoris quo supra nomine dicti notarij Antonellj procuratoris quo supra nomine fuit taliter positum et probatum per



quos Intencio dicti Actoris in aliquo roboretur. Id circo xpisti nomine Inuocato a quo cuncta Judicia recte procedunt quj os Judicis acuit ad recta Judicia proferenda de consilio et commissione dictorum parcium pronunciamus dicimus et sentenciam ac condepnamus dictos conuentos et dictum eorum procuratorem ad restituendam traddendam et assignandam possessionem feudi predicti ipsi sacre reginalj maiestati nomine et pro parte ipsius Ecclesie seu cappelle Ita quod possessio ipsa bonorum feudalium predictorum realiter perueniat ad predictam Ecclesiam seu cappellam sancti Johannis nec non ad restituendum et assignandum fructus perceptos per eos a die primo mensis Augusti Anni proximj preteriti quarte Indicionis si extant et si non extant eorum valorem reseruato tamen Jure sperato dictarum Ambarum parcium: In hijs scriptis hanc nostram diffinitiuam sentenciam proferentes presente dicto notario Johanne donato notario publico ydoneo et fideli ac ad infra-scripta causa per dictum dominum Judicem delegatum magistro Actorum Electo presentibus eciam predicto notario nicolao damiano procuratore nomine quo supra et dictam sentenciam laudante Et rogerio de cayano tam vt tutore tutorio nomine et pro parte dicti pupillj quam procuratorio nomine et pro parte Johannellj coppule de salerno et dicente dictam sentenciam esse nullam casu quo aliqua sit ab ea appellacio ad se-reuissimam dominam nostram dominam Johannam secundam dei gratia etc. reginam et ad summum pontificem dominum nostrum dominum Martinum papam quintum ac ad quemlibet alium Judicem competentem petente cum Instancia Instancius Instantissime sibj darj Apostolos et processus presentandos Judici Ad quem reseruatum sibj remedium Appellacionis In scriptis Infra tempora a Jure premissis prohibente pro parte dicti Judicis quod durante tempore dicte Appellacionis nichil contra eum nomine quo supra nec contra bona dictorum conuentorum Aliquid Ingnouetur presente quoque dicto notario Nicolao procuratore procuratorio nomine quo supra et dicente ac allegante et opponente quod dicta appellacio adinicti

non debet pro eo et ex eo quod dicta sententia lata est super mero possessorio et reseruata sunt Jura Ambarum parcium super petitorio dicti feudj dictoque rogerio nomine quo supra respondente quod dicta questio est cum Ecclesia que potuisset Appellare et sic eodem privilegio debet gaudere Aduersarius quod Judicium non debet claudicare Et similiter dicto notario nicolao procuratore ut supra replicante ad predicta et dicente quod dictum Judicium est coram Judice secularj et commissum dicto Judici delegato per dictam reginalem maiestatem In quo debent Jura ciuilia seruarj nec debet admitti dicta appellacio in dicta causa possessorj presentibus eciam subdictis testibus. lecta lata et recitata est predicta sententia per predictum dominum commissarium Anno die loco mense et Indicione predictis presentibus dicto notario Johanne donato galla de salerno per nos pro Actorum notario ut predicetur assumcto et eciam pro notario publico per totum regnum sicilie reginalj Auctoritate notario ad hunc Actum expresse rogato nec non Rincello catalano de Auersa ad contractus Judice per totum regnum sicilie Antonello de constancio similiter ad contractus Judice per prouinciam terre laboris Et nobilj Viro marino calenda de salerno martino de Abellina de Auersa loysio gallardo de Auersa paulo pocario de Auersa testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis - In cuius rej testimonium et predictae reginalis maiestatis et successorum eius dicteque cappelle sancti Johannis baptiste eiusque parcium ac omnium quorum uel cuius inde Interest et Interesse poterit quomodolibet Infuturum certitudinem et cautelam hoc presens puplicum Instrumentum dicte nostre sentencie et declaracionis exinde fierj fecimus et mandauimus per manus predicti notarij Johannis donati per nos ut supra predicetur pro Actorum notario assumpti signo suo signatum signisque et subscripcionibus predictorum ad contractus Judicis ac predictorum testium et nostro proprio ad dictorum baronum et parium meyue sigillis ac subscripcionibus roboratum. Preferea nos qui supra Judices ad contractus notarius et testes testimonio nostro fatemur atque

testamur per hoc presens publicum Instrumentum quod pro-  
 lacioni dicte sentencie ac declaracioni predictae modo quo supra  
 prolata per dictum dominum comitem Judicem delegatum In  
 presencia baronum et parium predictorum presentes Interfui-  
 mus ipsumque dominum comitem Judicem delegatum In pre-  
 sencia quorum super predictam sentenciam proferentes ac di-  
 ctam declaracionem facientes modo et forma premissis acten-  
 te audiimus ascoltauimus intelleximus et fideuidimus occu-  
 late Quod videlicet presens Instrumentum sentencie et decla-  
 racionis predictae scripsi Ego prefatus Johannes donatus galla  
 de salerno publicus ac actorum notarius ut supra quj presens  
 Interfuj et meo signo signauj. quod autem superius Inter uir-  
 gulatum est vbj legitur causa et alibj In abraso scriptum est  
 vbj legitur pupillj filij et heredis quondam roberti et alibj  
 Interuirlgultatum est vbj legitur hungarie et alibj in abraso  
 scriptum est vbj legitur nos qui supra non noceat set pro Au-  
 tentico habeatur quia causaliter obliuione scripture processit  
 et Ideo emendatum correptum et scriptum est manu propria  
 mej notarij supradicti quia in certis alijs partibus videtur  
 velut abrasum non noceat quia re Vera non est abrasum set  
 aliquantulum decortcatum ex defectu presentis carte que fuit  
 ut est. aliquantulum in dictis partibus arrida et dura ad scri-  
 bendum non viciat set pro autentico ab omnibus habeatur et  
 alibj Interuirlgultatum est ubj legitur roberti non noceat set  
 pro autentico habeatur quia causaliter obliuione scripture pro-  
 cessit et ideo emendandum est ut supra ».

*Ego Georgius qui supra comes et Judex delegatus supra dicta  
 fateor et propria manu subscripsi et meo sigillo sigillauj*

*Ego qui supra Rencellus. Judex fateor predicta*

*Ego supradictus Antonellus de constancio de Auersa per pro-  
 uinciam terre laboris ad contractus Judex predictis in quibus no-  
 minatus sum Interfuj meque subscripsi et subsignauj*

*Ego supradictus Martinus de Abellina de Auersa presens in-  
 tersuj et subscripsj*

*Ego supradictus paulus de pocarijs de auersa Interfui et me subscripsj*

*Ego de Judice de Neapolj miles interfui et me subscripsi et predicta fateor*

*Ego Marinus Calenda de Salerno Interfui et me subscripsi et predicta fateor (a).*

NICCOLÒ È DA PAPA MARTINO DESTINATO GENERALE COLLETORE DELLE DECIME DA ESIGERSI NELLE PROVINCIE ECCLESIASTICHE DI CONSA E DI SORRENTO, E DA SERVIRE PER LE SPESE DELLA GUERRA CONTRO GLI HUSSITI.

XCV. Le turbolenze e gl' inauditi eccessi degli Hussiti di Boemia dopo la condanna fatta de' loro errori nel concilio di Costanza; le vittorie da essi riportate, sotto la guida e dipendenza del famoso Zisca, sugli eserciti dell' imperator Sigismondo; la persistenza nella ribellione anche dopo la morte del predetto loro capo e condottiero; ed in fine le crociate che il pontefice Martino V bandì contro di essi per aver veduto che tutti gli altri tentativi per richiamarli al retto sentiero riusciti erano vani ed infruttuosi, sono avvenimenti raccontati da tutti gli storici. Ma quì occorre far conoscere, che avendo avuto il papa per una delle dette sacre guerre, cioè per quella intimata nel 1426 e di cui la direzione fu commessa al cardinale Errico di Vincestre d' Inghilterra, bisogno di ricorrere all' espediente d' imporre su tutt' i benefizi e luoghi pii dell' orbe cattolico una tassa consistente nella decima parte di tutte le rendite e proventi di un anno, gittò gli occhi sopra Niccolò Piscicello, costituendolo generale collettore di siffatte decime relativamente alle provincie ecclesiastiche di Consa e di Sorrento. La lettera apostolica contenente tal commissione fu spedita da Roma nel giorno 25 di ottobre del 1427, e leggesi ne' termini come quì appresso — « Martinus

---

(a) Arc. IV, num. 257.

